¶ Hec autem conſignatio intelligenda eſt fieri circiter prope veritatē: quia vt patet ex dictis iſta cōputatio non eſt preciſa tam propter omiſſionē predictoꝝ dierum ⁊ aliarum fractionum ꝗ etiam propter aliam rationem ſupra tactam videlicet quia quelibet media ɔiunctio ſaturni ⁊ iouis a proxima media imediate ꝓcedente vel ſequente ſemper diſtat per ānos .20. non integros ſed min⁹ 52. diebus fere. Unde ſequitur primo ꝙ quelibet talis minor coniunctio que cōmuniter dicitur fieri in .20. annis completur in .19. annis ⁊ .313. diebus fere Secundo ꝙ magna ſeu media coniunctio dictorum planetarum quā aliqui dicunt fieri in .60. ānis fit in .59. ānis ⁊ .209. diebus fere. Tercio ꝙ maior eorū coniunctio que fit de vna triplicitate in aliam ⁊ cōmuniter dicitur fieri in .240. annis completur in .238. annis ⁊ .215. diebus fere. Quarto maxima cōiunctio que dicitur fieri in .960. ānis completur in .953. annis ⁊ .91. diebus fere: ⁊ ſic in qualibet .8. predictarū eſſet differentia de .7. annis vel circiter qui .7. āni eſſent a qualibet huiuſmodi coniunctione ſubtrahendi. Et forte hanc impreciſionē voluit de⁹ vt ſecreta celi abſconderet ab indignis ne eis ex nimia familiaritate vileſcerent. Ex predictis etiam patet ꝙ ante diluuiū non fuerunt tres maxime ɔiunctiones medie ſicut in ꝑallegatis tractatibus ſm̄ vnam opinionē poſui ex cuius errore dicte .8. cōiunctiones male fuerūt cōſignate: ſed ſolum fuerūt due medie: ⁊ fuerunt tres maxime coniunctiōes vere: quia cum vna fuerit .22. ānis fere ante diluuium vt ſtatim dicetur: veriſimile eſt ꝙ in .2020. ānis ꝓcedentib⁹ fuerunt due medie: quarū prima fuit forte in principio mundi vel prope: ⁊ hec veriſilr eſt illa notabilis cōiunctio ſuperioꝝ planetarum ad quam Albumaſar ⁊ Alfonſus habuerūt reſpectū circa principium mundi ſicut inferius tangitur. Cuius rei verificatio hic ſub dubio ponitur: qa dependet ex verificatiōe prime figure celi que fuit in creatione mundi: que valde nobis dubia eſt ⁊ difficilis vt manifeſte patet ex ſupradictis ⁊ infra dicendis.

Capitulum .27.

Ex predictis patet clare ꝙ duobus annis ante diluuium non fuit aliqua coniunctio maxima in capite arietis: ſed etiam non fuit aliqua coniunctio ſaturni ⁊ iouis tunc in ariete ſicut dictum fuit in principio huius tractatus. Ueruntamen circa finē primi tractatus de concordia aſtronomie et theolgie contrarium etiam allegatur dixiſſe Arabs aſtronomus: ſed huius allegationis

alt. Cōmerguntur de triplicitate in triplicitatem hoc modo ſicut qñ incipiunt coniungi in triplicitate ignea que dicitur aries leo ſagittarius: ita ſcꝫ ꝙ coniungantur in principio arietis. Poſtea in. 20. anno in ſagittario quod eſt nonum ſignum ab ariete ⁊ ibi coniungūtur in medietate tercie partis ſagittarij. poſtea in. 40. anno iunguntur in leone quod eſt. 9. ſignū a ſagittario. deinde in anno 60. iungūtur in ariete: ⁊ hec ꝯiunctio vadit in hunc modū duodecies. Poſtea 13. coniunctio mutatur de predicta triplicitate in ſuccedentem triplicitatem: et aliquando tres huiuſmodi coniunctiones perficiuntur in. 58. ānis cum tribus partibus vnius anni incomplete vt ipſe dicit: ſed moderni aſtronomi ſequētes radices motuum planetarum ſm Alfonſum poſitas dicunt preciſius videlicet ꝙ dicta minor coniunctio ſaturni ⁊ iouis fit in. 20. annis minus. 52. dieb⁹ fere ⁊ hoc nunꝗ̄ fallit in eorum medijs ꝯiunctionibus: ſed in eorum cōiunctionib⁹ veris ſicut ſupra tactum eſt nulla certa dari poteſt regula quantum vna diſtat ab alia: nam aliquando media precedit veram: aliquando vera mediaꝫ: ⁊ hoc valde multipliciter variando: quia aliquando vna ſequitur vel precedit aliam in multo tempore: aliquando in modico. Et aliquando vera cum media concordat in tempore: ſed hoc ꝯtingit rariſſime videlicet quando ipſi planete ſunt in auge vel oppoſito augis ecentrici vel epicicli His itaqꝫ preſuppoſitis dico ꝙ predicta coniunctio maxima que fuit anno. 53. poſt chriſtum non cōcordauit in tempore cum media coniunctione ſibi correſpondēte: nam illa media ſequebatur eam ⁊ fuit. 12. die ſeptembris in. 11. gradu ⁊. 6. minuto arietis: ⁊ ita non fuit maxima coniunctio media: quia licet fuerit in ariete non tamē fuit in principio arietis id eſt infra. 6. gradus illius ſigni: ſed aliam his preſuppoſitis pro radice calculant aliqui quam ponunt illis eſſe propinquiorem ⁊ dicunt ꝙ ante natiuitatem chriſti per. 5. annos ⁊. 320. dies videlicet. 14. die februarij fuit illa media cōiunctio ſaturni ⁊ iouis in. 3. gradu ⁊ in. 11. minuto arietis. Premiſſis igitur pro fundamento ſuppoſitis conſequenter ad illam ꝯiunctionem mediaꝫ ſimpliciter maximaꝫ poſſunt alie tam priores ꝗ̄ poſteriores preciſe ⁊ veraciter calculari.

## Capitulum. 26.

SEd hec preciſa calculatio non eſt neceſſaria ad propoſituꝫ: naꝫ hic ſufficit breuitatis gratia coniunctiones maximas cōſignare ſm computationeꝫ veritati propinquam preſupponendo etiam computationem annorum ab origine mundi ſuperius poſitam ca. 23. vbi de magnoꝝ orbium ꝯſignatione dictum eſt videlicet ꝙ mundus inceperit. 5343. annis ante chriſtum. His itaqꝫ ꝑſuppoſitis capiendo pro radice illam coniunctioneꝫ predictam que fuit ante xp̄m 5. annis ⁊. 320. diebus: ⁊ computando inter duas tales. 960. ānos ſicut ponūt Alkabicius ⁊ conſequenter alij: ⁊ numerando illos ānos integros dimittendo dies predictos ⁊ alios qui in huiuſmodi coniunctionibuſ eſſent numerandi cū

ſunt figure ꝛ diſpoſitiones celeſtes planetarū ꝛ ſtellarū in diuerſis climatibus ꝛ regionibus. Conſiderandum eſt etiaꝫ ꝙ teſte Haly parte octaua ca. vj. aliq̄ꝝ oppoſitio quorundam planetarum etiam ſuperiorꝝ deterioris eſt ſignificatiōis q̄ꝫ eorum coniunctio ac magis durabiles ꝛ firmiores effectus ſignificat Conſiderādū inſuꝑ ꝙ effect⁹ magnarū cōiūctionū ſepe multū diu poſtea ſubſequunt̄ ſicut ſupra pꝫ de ꝯiūctione diluuiū ſign̄te ꝛ de ꝯiūctiōe ſignificāte legeꝫ machometi. Cōſiderandū preterea ꝙ alique coniunctiones maxime propter ꝯcurſuꝫ quorundā particularium non ſunt tante ſignificationis ſicut alie quedam coniunctiones que non ſunt de maximis ſicut patet de duabus coniunctionibus predictis ꝛ alijs quibuſdam ſupra notatum. Conſiderandū deniqꝫ ꝙ coniunctiones maxime que ſunt ſm veros motus planetarū regulariter ſunt maioris ſignificationis q̄ꝫ coniunctiones medie vt ſupra dictum eſt. Unde propter hoc dicunt aliqui ꝙ Albumaſar in pluribus errauit ꝙ indicia ſua ſuper motus medios fundauit ſicut ꝛ plurimi antiquorū. Et ex hoc ſequitur ſm eos error ipſi⁹ de fine legis machometi: ꝛ de deſtructione legis chriſti: ꝛ de iudaice legis exaltatione quorum deſcriptiones tempoꝝ preterierunt vt experientia docet. Hec igitur ideo premiſi vt cum loquimur de cōiunctionibus maximis nullus ꝑpter conſiderationem vnius huiuſmodi coniunctionis leuiter preſumat precipitare iudicium de maximis effectibus inde proxime ſecuturis. nam in iudicando de talibus oportet omnia predicta ꝛ alia multa particularia diligenter attendere vnde qui aliter faciunt ſepe venerandam aſtronomie ſcientiaꝫ quantum in eis eſt infamem reddunt contemptibilem ꝛ ſuſpectam.

## Capitulum. 25.

Iam vero de maximarum coniunctionum ſm medios motus legittima calculatione loquamur vt ille qui in fine predicti tractatus de concordia theologie ꝛ aſtronomie ꝛ in pluribus ca. alterius tractatus de concordantia aſtronomie ꝛ narrationis hyſtorice ſm falſam quandam opinionem conſignate ſunt veraciter corrigantur. Pro quo ſciendū ꝙ ſicut ſupra dictum eſt poſt xp̄i natiuitatem anno. 53. fuit vna vera ꝯiunctio maxima: ideo ſcita coniunctione media eidem propinquiore que fuit in principio arietꝭ facile erit alias priores ꝛ poſteriores ꝯſignare preſupponādo ꝙ quelibet talis ꝯiunctio media ſaturni ꝛ iouis fiat in. 960. annis vel circiter. Et notanter dixi vel circiter: qꝛ illa coniunctio minor eſt que ſm Alkabicium ꝛ alios cōmuniter dicitur fieri in. 20. annis: ex qua plures replicata fiunt alie ꝯiunctiones ſaturni ꝛ iouis magna maior ꝛ maxima ſicut in alijs tractatibus dictum eſt nō preciſe ꝯtinet illos. 20. annos: nam ſicut dicit quidā Abrahaꝫ iudeus dictus auenesre in quodam tractatu de magnis ꝯiunctionibus dicta cōiunctio ſaturni ꝛ iouis non contingit niſi ſemel in. 20. annis octaua parte vnius anni minus: ꝛ vt ideꝫ

calculatio que verioꝛ reperit̃ excedit computationem Euſebij de annis: 145. Et in hoc coꝛrigenda eſt computatio Euſebij ⁊ Bede quam cõmuniter ſeq̃tur eccleſia ſicut concluſi in dicto tractatu de concoꝛdia theologie ⁊ aſtronomie: ⁊ de his hec ſufficiant.

## Capitulum. 24

SEd iam ad coniunctiones maximas redeamus: ⁊ primo aliqua de eoꝝ̃ ſignificatiõe dicamus. Sciendum itaq; ꝙ philoſophi ⁊ oẽs aſtronomi ꝯcoꝛdant ꝙ per tres planetas ſupioꝛes ſaturnũ iouem ⁊ martem ⁊ eoꝛum coniunctiones ⁊ oppoſitiones ⁊ aſpectus ſignificant̃ ⁊ fiunt magni et vniuerſales effectus in mundo Mali quidaꝫ effectus per ſaturnũ ⁊ martem. Boni aũt per iouẽ Per ſaturnũ aũt propter nimiam ſui frigiditatem ⁊ tarditatem motus ſui atq; ſui elongationẽ a nobis effectus mali ⁊ diu valde durabiles. Per martẽ vero propter ſui nimiam ſiccitatem ⁊ velocitateꝫ ſui motus effectus mali ⁊ venenoſi ac pungentes ⁊ cito recedentes. Complexio aũt iouis ex calido ⁊ humido conueniens omni vegetabili effectus bonoſ ⁊ ꝯuenientes medio modo durabiles habet influere. Unde a coniunctionibus magnis iſtoꝝ̃ planetarum ⁊ eoꝛum applicationibus procedendũ eſt ad ſcientiaꝫ magnoꝝ accidentium in mundo ſm ſentenciã Ptolomei in centiloquio verbo. lxiiij. ⁊ hec eſt intentio Haly p̃te octaua ca. j. ⁊ oĩm alioꝝ: ⁊ ibidem dicit Haly ꝙ pro ſciendis rebus generalibꝰ oĩm generũ ⁊ mundo hoc ſcitur ab aſcendentibꝰ cõiunctionũ vel preuentionũ que fiunt ante introitum ſolis in arietem ⁊ ab aſcendente reuolutionis eiuſdẽ ⁊ ab aſcendente propioꝛis coniunctionis planetarum antecedentis ipſaꝫ reuolutionem: ⁊ a loco lune in reuolutione ⁊ in coniunctione planetarum ac etiam in ꝯiunctione ⁊ oppoſitione predictoꝝ: ⁊ a locis oppoſitionis ⁊ coniunctiõis ⁊ ab aſcendentibꝰ ⁊ ãnis ꝯiunctionũ maioꝝ̃. Que ſi oĩa ſalua fuerint ſignificãt ſaluationẽ: ⁊ ſi impedita ſignificant damnationẽ: ⁊ ſm Haly ibidẽ accidentia terremotuũ ⁊ diluuioꝝ̃ habentur a ſignificationibus ſaturni: vt q̃n eius radij fuerint in ſignis aqueis vel terreis ⁊ ipſe habuerit dominiũ in reuolutione ⁊ in radice vel luna infoꝛtunata ab eo: q̃re in talibus iudicijs neceſſe eſt ad radicẽ deuenire: quia teſte Ptholomeo in centiloquio verbo. 64. q̃n quis loquitur de coniunctione minoꝛi radicem ſcire debet a qua procedit videlicet ꝯiunctioneꝫ mediam ⁊ conſequenter maioꝛem ⁊ deinde maximaꝫ. Maioꝛ enim cõiunctio dat ſignificationes coniunctas ⁊ alie minoꝛes diuidunt illas: ⁊ hec eſt intentio Haly vbi ſupra q̃n de radice ſcienda loquitur. Sic ergo primo ſcire opoꝛtet radices et conſequenter ad magis particularia deſcendere. Ex quibus patet ꝙ abſq; ꝯſideratione magnarũ coniunctionũ non debet fieri iudicium magnoꝝ effectuum futuroꝛum mundum vniuerſalem mutantium ⁊ diu dominabilium vnde ſignata reuolutionum ãnualium non ſunt foꝛtia ſed tranſitoꝛia et ãnum ſuum non excedentia nec mundũ vniuerſaleꝫ imutantia: quia in eis alie ⁊ alie

que ſignificauit diluuiū. Et poſt eā. 13. vſqꝫ ad orbem magnū ſub quo ſum⁹ de preſenti. Primus itaqꝫ orbis cōpletus incepit anno a principio mūdi. 148. ſm cōputationē Albumaſar de qua ſupradictū eſt: ſed ſm cōputationē Euſebij q̄ cōmunior eſt ſm quā hic annos vſqꝫ ad diluuiū proſequar incepit anno. 164. quia Euſebius ponit. 16. annos pluſqꝫ Albumaſar a principio mundi vſqꝫ ad diluuiū. Et quia nullus preter Joſephum ponit tot annos ante principiū dicti primi orbis qui poſſent facere vnum orbem completū: ideo ille ponit̄ prim⁹ quia nullus preceſſit qui habuerit principiū in re ſed ſolum in imaginatione ſicut ſupra dictū eſt de anno primo reuolutionis lunaris quē hebrei ponunt ſolum fuiſſe in imaginatione exceptis. 6. diebus vltimis. Similiter ergo aſſignari poſſet vnus magnus orbis qui nō fuiſſet in re ſed ſolum in imaginatione exceptis. 163. annis vltimis: ſed illum nō pono primum quia nō habuit realiter principiū nec integraliter complementū illis tamen annis. 163. predictis prefuit ſignū capricorni: ⁊ de planetis iupiter. Et cōſequenter primo orbe completo prefuit ſignum aquarij ⁊ de planetis mars ⁊ ſic ſucceſſiue diſtribuendo ſigna ⁊ planetas ſm ordinem. Unde ſecundus orbis magnus incepit āno a p̄ncipio mundi. 524. cui prefuit ſignū piſciū ⁊ de planetis ſol. Terci⁹ incepit anno 884. cui prefuit aries ⁊ venus. Quartus anno. 1244. cui prefuit taurus ⁊ mercurius. Quintus anno. 1604. cui gemini ⁊ luna. Sext⁹ anno. 1964. vbi fuit cōiunctio que ſignificauit diluuiū cui orbi prefuit cancer ⁊ ſaturnus: Septimus anno. 2324. cui leo ⁊ iupiter. Octauus anno. 2684. cui virgo ⁊ mars. Nonus anno. 3044. cui libra ⁊ ſol. Decimus anno. 3404. cui ſcorpio ⁊ venus. Undecimus anno. 3764. cui ſagittarius ⁊ mercurius. Duodecimus anno. 4124. cui capricornus ⁊ luna. Decimuſtercius anno. 4434. cui aquarius ⁊ ſaturnus. Decimuſquartus anno. 4844. cui piſces ⁊ iupiter. Decimuſquintus āno. 5204. que fuit. 10. orbis a cōiūctione diluuij ſub quo natus eſt xp̄s anno eiuſdem orbis 141. cui orbi prefuit aries ⁊ mars vt ſupra dictū eſt. Decimuſſextus orbis incepit anno. 5564. cui taurus ⁊ ſol. Decimuſſeptimus anno. 5924. cui gemini ⁊ venus. Decimuſoctau⁹ anno. 5284. cui cancer ⁊ mercurius. Decimuſnonus que nūc currit anno xp̄i. 1414. ⁊ nōdū eſt completus incepit anno. 6644. cui preeſt leo ⁊ luna. Uiceſimus incipiet anno. 7004. cui preerit ſaturnus ⁊ virgo: ⁊ hoc erit anno xp̄i. 1659. vt dictū eſt. Ex predicta magnoꝝ orbiū calculatione manifeſte cōcludit̄ verificatio computationis Euſebij ⁊ ſuoꝝ ſequatium de annis mundi vſqꝫ ad diluuiū ſed non de annis a diluuio vſqꝫ ad chriſtum: ⁊ cum ipſe ponit a principio creationis mundi vſqꝫ ad chriſtum annos. 5199. ſubtractis 2242. quos ponit ante diluuium remanēt ſm eum, a diluuio vſqꝫ ad xp̄m āni 2957. ſed ſm predictam orbium calculationē a principio mundi vſqꝫ ad xp̄m ſunt anni. 5344. A quibus deductis annis. 2242. vſqꝫ ad diluuium remanent a diluuio vſqꝫ ad xp̄m anni. 3102. ſm Alfonſum ut ſupra dictum eſt. Et iſta

iũctione diluuij vſq; ad ipm diluuiũ remanẽt anni.1947.ab adã vſq; ad con/
iũctionẽ p̃dictã. In hoc aũt ãnoꝝ ſpacio nõ fuerũt niſi qnq; magni orbes cuꝫ
aliquibus annis q nõ cõplẽt qntũ orbẽ quod ſic patet. Nã ſi.1947.diuidamꝰ
p.360.erit numerꝰ quotiẽs.5.ꝛ remanẽt anni indiuiſi.147. Ex quibꝰ ſequit̃ ꝙ
ſm illã cõem aſtronomoꝝ opinionẽ in principio mũdi non incepiſſet magnus
orbis ꝙ videt̃ incõueniẽs. Et hoc tñ nõ ſequeret̃ ſm aliaꝫ opinionẽ p̃dictã vñ
pꝫ ꝙ magna eſt in his aſtronomoꝝ opinionibꝰ dubietas ꝛ modica certitudo
Et hoc auget iterũ difficultatẽ in deſcriptione figure celi a principio mũdi. Ex
quo vlteriꝰ ſequit̃ ꝙ valde difficile eſt vel forte impoſſibile ex prima figura celi
ãnos ab origine mũdi p viã a priori veraciter calculare. Nã ſi hoc fieri potuiſ/
ſet nõ ẽ veriſĩle ꝙ periti aſtronomi iſtud facere neglexiſſent. Cap.22.

Remiſſis diebꝰ nõ obſtãtibꝰ expediẽs videt̃ ſequendo cõem opi/
nionẽ aſtronomoꝝ orbẽ magnũ in quo nũc anno xpi.1414.ſu/
mus ingrere. Notandũ ergo ꝙ anno xpi.1345.quo fuit illa ter/
cia planetarũ cõiũctio de qua ſupra dictũ eſt vſq; ad annũ imp/
fectũ adiũctis annis.279.q fuerũt a cõiũctione ſignificãte dilu/
uiũ vſq; ad diluuiũ ꝛ deinde adiunctis annis q fuerũt a diluuio
vſq; ad annũ p̃dictũ pfecti fuerũt in toto ãni.4725. ſicut pꝫ ex ſniã aucap libro
ſuo de magnis reuolutiõibꝰ. Nã ſm eũ ãni a diluuio vſq; ad xpm fuerũt.3102
ꝛ hoc idẽ dicit Odinton. Cũ tñ ſm Alfonſuꝫ fuerũt anni.3102.ꝛ dies.318.vñ
videt̃ ꝙ cõputãdo iſtos dies ꝛ oẽs alias fractiones que reſultãt in illo tpe cõ/
uenient̃ ſupaddi põt vnus integer annꝰ ſup duos annos poſitos ab Alfonſo.
Si ergo illis.3102.annis addant̃.279.anni a cõiunctione diluuij vſq; ad di/
luuiũ ipm ꝛ ſimiliter.1344.anni a xpo vſq; ad predictũ annum.1345.imperfe
ctũ erunt in toto anni predicti.4725. Ex quibus patet ſm Aucap ꝛ Aomar ꝙ
predicto anno xpi.1345.imperfecto peruenit ſignũ magni orbis ad leonem ꝛ
dñs eius orbis de planetis fuit luna. Et gradus aũt ad quẽ puenit directio vl̃
diuiſio fuit.16.tauri ꝛ eiuſdẽ diuiſor fuit ſaturnꝰ ſicut patet deducẽti ſm aſtro
nomoꝝ doctrinã. Et dominabit iſtud ſignũ leonis ꝛ iſte planeta ſcꝫ luna vſq;
ad ãnos dñi pfectos.1679. Et tũc erũt.18.reuolutiones magni orbis pfecte.
Et incipiet.19.reuolutio cui dñabit̃ ſaturnꝰ cũ ſigno virginis ꝛ pportionabilit̃
diuidi poſſunt orbes magni a principio mũdi vt patebit Cap.23.

Uia ergo aſtronomi in ſuis iudicijs multũ conſiderãt ad orbes
magnos: iõ oẽs hic diſtinguere volui qꝛ ad eos aptari poterunt
multi magni ꝛ notabiles effectus ꝛ mirabiles mutationes de q/
bus ſcripſi i tractatu de cõcordia aſtronomie ꝛ narratiõis hiſto
rice. Ex p̃dictꝭ igit̃ colligere poſſumꝰ ꝙ a pricipio mũdi non fue/
rũt niſi.18.orbes magis cõpleti videlꝫ.5.ante illã cõiunctionem

corruptū eſſe iudicauit numerū quē ibi ponit Albumaſar ideo approbādo numerū quē ponit Aomar libro de natiuitatib⁹ dicit ꝙ reſpexit ad annos .3951. ante cōiūctionē ſignificantē ſectā arabū ⁊ inuenit queſitū ⁊ ibi mirabilē modū cōiūctionis ad illud tēporis inuenit de quo ſupra circa primū capitulū. Niſi ꝙ ipſe ponit dictā cōiūctionē preceſſiſſe diluuiū p .287. annos: ſed opinio Aomar eſt cōmunior vt in capitulo primo huius tractatus dictū eſt. Si ergo illi .279. anni ab illa cōiūctione vſq; ad diluuiū addant annis a diluuio vſq; ad xpm q ſunt anni .3101. dies .318. ſm Alfonſum reſultant a dicta cōiūctione ſignificāte diluuiū vſq; ad xpi natiuitatē anni .3380. 9. dies ex predictis. Quos annos ſi diuiſerim⁹ p .360. annos qui ſunt quātitas vnius orbis fit numerus quotiēs 9. ⁊ remanēt anni .140. indiuiſi. Cum ergo in cōiunctione ſignificāte diluuiū inceperit nouus orbis cui pfuit ſaturnus cum ſigno cancri vt dictū eſt. Ex hoc manifeſte ſequit ꝙ orbi in quo xps fuit natus prefuit mars cum ſigno arietis. Et ꝙ annus natiuitatis xpi fuit .141. annus .10. orbis a cōiunctione ſignificāte diluuiū ſicut patet legittime calculāti diſtribuēdo planetas ⁊ ſigna illis .10. orbibus.

Cap. 20.

Ex predictis quidam inferūt ꝙ falſa eſt opinio quam compoſuit Odinton videlicet ꝙ primo orbi a principio mūdi dñabat aries tāq; circuli pricipiū. Et ſol pre alijs planetis eo ꝙ oēs alij planete nitunt motu ſolis hoc fundamēto preſuppoſito dicit vltra ꝙ ad talem reuolutionē ſignoꝝ cuilibet diſtribuēdo annos .360. pro vno orbe magno neceſſario requirunt anni ſolares equati .4320 Et tot eſſe debuerūt vt ipſe ait ad hoc ꝙ incarnatio xpi correſpōdet primi hominis creationi. Si igit diuidam⁹ .4320. p .12. nihil remanebit ⁊ per cōſequēs pficient ſeu dñabunt orbi incarnationis ⁊ ſimiliter paſſionis xpi ſignū arietis ⁊ iupiter fidei prelatus ſi p .7. planetas diſtribuerim⁹. Si aūt his .4320. annis vſq; ad incarnationē addam⁹ .33. annos quibus fuit xps in carne fient .4153. vſq; ad paſſionē quos ſi diuidam⁹ per .19. remanēt .2. ⁊ ſic erit annus paſſionis .29. annus cicli decēnouenalis ſed hec opinio eſt cōtraria cōiori opinioni de annis ab origine mūdi vt patet ex ſupradictis: ſimiliter ei⁹ fundamētū eſt cōtra cōem opinionē aſtronomoꝝ de magnis orbib⁹ de quibus in precedenti capitulo dictū eſt ideo aliqui eam reprobāt dicētes cōi opinioni aſtronomoꝝ eſſe credendum.

Cap. 21.

Sed quātū ad iſtud fundamētū magis occurrit dubietas. Nam huic opinioni cōcordare videt dictū Haly ⁊ etiā Albumaſar vbi ſupra allegatū eſt qr dicūt ꝙ ſignū mūdi eſt aries ⁊ planeta eius ſol ⁊ in aſcēdēte eius eſt cācer ⁊ iupiter in eo. Similiter Albumaſar ponit vt ſupra dictū eſt ꝙ ab Adam vſq; ad diluuiū fuerūt anni integri .2228. A quibus ſi ſubtraham⁹ annos qui fuerūt a cō-

iũctione media ſibi correſpõdēte per tot annos ſicut vni vel alteri illarū duaꝝ
aſſignant̃. Ex quibus patet ꝙ loquendo de cõiũctionibus medijs que dicunt̃
fieri in.960.annis:ille.8.cõiũctiones maxime que ibidē cõſignate ſunt ꝛ etiaꝫ
in tractatu de cõcordia aſtronomie ꝛ narrationis hiſtorice nõ habēt veritatē
vbi aūt huiuſmodi cõiũctiones medie veraciter debeāt cõſignari propono in
ferius declarare ſi deus mihi cõcedere voluerit. Cap. 18.

SEd prius aliqua notare volui ſuper tractatu predicto de cõcor/
dia aſtronomie ꝛ hiſtorice veritatis videlꝫ ſuper primo capitulo
vbi leuiter tetigi de reuolutionibus ſaturnalibus que fiūt in.30.
annis ſm Albumaſar ꝛ de reuolutionibus magni orbis qui ſm
alios aſtronomos fiūt in.360.annis. Et dicaꝫ etiā aliqua ſuper
47.capitulo ꝛ alijs ſequētibus vſqꝫ ad.60. In quibus de dictis
reuolutionibus ſaturnalibꝰ ſatis diffuſe tractaui. Super his igit̃ notādū eſt ꝙ
de predictis reuolutionibꝰ ſaturnalibꝰ pauci aſtronomi preter Albumaſar cõ
ſiderāt aut per eas iudicāt. Et vnde illā cõſiderationē habuit vel vbi has re/
uolutiones computare inceperit cauſam inuenire nõ potui niſi ꝙ ſicut aliqui
dicunt ſi ſciret̃ aliqs magnꝰ effectus ſaturninꝰ ab illo tūc poſſet incipi huiuſmo
di ſaturnina reuolutio ſed iſtud eſt debile fundamētū. Et ideo aſtronomi cõ/
munius ꝛ verius iudicāt ꝑ reuolutiones orbis magni que propinque ſunt ĩ nu
mero annoꝝ ad dictas reuolutiones. Quare de illis hic aliquid dicere expe/
diens iudicaui. Cap. 19.

SCiēdū eſt ergo ꝙ antiqui philoſophi dixerūt ꝛ experiētia docuit
ꝙ ſigna ꝛ planete dominant̃ orbibus ſucceſſiue id eſt vnū ſignuꝫ
ꝛ vnus planeta regūt mūdū vniuerſaliter per.360.annos ꝛ hoc
temporis ſpaciū vocāt orbem magnū vnde Leupoldus tracta/
tu.5.ſūme ſue vbi breuiter enumerat ea ꝑ que ſciunt̃ generales
ꝛ maiores mūdi alteratiões. Inter illa ponit ꝙ ſciunt̃ per duos
orbes cõtinētes.360.annos ꝛ ꝑ ſigna dominātia in cõiũctione diluuiū ſignifi
cante. Oēs aūt aſtronomi cõiter dicūt ꝙ in cõiũctione ſignificāte diluuiū que
ipm preceſſit per.279.annos incipiebat nouus orbis. Et hoc ponit Aomar in
fine libri ſui de natiuitatibus allegās ad hoc Arofaxat. Et dicit ꝙ illi orbi pre
fuit ſaturnus cū ſigno cancri. Et cõcordat in hoc Albumaſar primo de cõiun/
ctionibꝰ magnis differētia prima. Nota ꝙ ibi dicit Henricus de machlinia ꝙ
albumaſar magnā facit vim de ſignis orbium ꝛ dominijs eoꝝ necnõ de conſe
quētibus ad hoc. Et quia huiuſmodi rei fundamentū cõſiſtit in verificatione
numeri annoꝝ cõiũctionis ſignificātis ſuper diluuiū: ideo diligēter cõſiderat
per tabulas ad meridiē mechlinie cõpoſitas quas ipſemet correxerat vtrū eue
nerit illa cõiũctio per.3958.annos ante annū cõiunctionis ſignificātis ſup ſe/
ctā arabū ꝛ reperit in illo anno ſaturnū a ioue diſtare qſi ꝑ.4.ſigna:quapropt̃

ſit in equinoctio vernali illi qui hoc ponūt nō cōcordant in figura celi. Et hoc
patet multipliciter primo qꝛ ſm aliquos aſtronomos aliqui ſunt gradus in ſi-
gnis zodiaci qui dicunt̄ domus planetarū: quia ſub illis planete dicunt̄ fuiſſe
creati. Et ſequēdo hanc opinionē in dicta figura poſiti ſunt planete in domi-
bus ſuis ꝑter ſolem ⁊ lunā. Sed ſm alios videt̄ ꝙ eadē rōne omnes deberēt
poni in domibus ſuis. Cur enim tam uarie ꝙ ſic ponant̄ aliqui ⁊ nō alij. Se-
cūdo qꝛ ibi nō ponit̄ mercurius ſicut planete alij in domo ſua principali vide-
licet in virgine quia nō pōt tantū diſtare a ſole ſed ſm aliquos cōſimili ratio-
ne: nō debet ibi poni in geminis quia mercurius nō poteſt diſtare a ſole vltra
23: gradus. Et ideo deberet ibi poni in tauro vel in piſcibus. Et remanet du-
biū in quo illoꝝ ſignoꝝ ⁊ in quoto gradu Tercio iupiter ponit̄ ibi in ſagittario
vel ſm aliquos debet poni in piſcibus. Sed vt in precedenti capitulo dictum
eſt Haly ponit ꝙ aſcendēs mūdi eſt cancer ⁊ iupiter in eo. Et in hoc Albuma
ſar videt̄ cōcordare ⁊ ideo premiſſa figura nō eſt totaliter ſm eum quantū ad
ſituationē planetarum. Quarto aliqui recitant ⁊ hoc dicit doctor anglicus ꝙ
iſmaelite ⁊ caldei dicunt ſolem in prima parte arietis eſſe creatum: ſaturnū in
prima parte capricorni remotum a ſole. 90. partibus: iouem in prima parte ſa
gittarij remotū a ſole. 120. partibus: martem in prima parte ſcorpionis remo-
tum a ſole. 150. partibus: mercuriū in prima geminoꝝ remotū a ſole. 60. parti
bus. lunā in prima cancri remotam a ſole. 90. partibus. Et ſm hanc opinionē
deſcribenda eſt figura celi longe aliter ꝙ̄ ibi poſui: vnde ex predictis patet
ꝙ in dicto tractatu merito dixi quia valde difficile eſt huiuſmodi figuram cer
titudinaliter deſcribere ⁊ in fine eiuſdem concluſi ꝙ de hoc ⁊ alijs concernen
tibus ſcripſeram ibi non diffinitiue determinando ſed diſputatiue inquirēdo
iſta reſeruans examini peritoꝝ

Cap. 17.

Super verbo. 20. ⁊ vltimo tractatus predicti hic ſignanter notan
dū eſt ꝙ ſicut iam ſupra tetigi falſa eſt opinio quā ibidem recita
ui que ex premiſſa figura celi nitit̄ primam cōiunctionē maximā
a priori concludere ⁊ cōſequenter alias coniūctiones maximas
conſignare. Et hoc patet multipliciter primo quidem quia falſa
eſt deductio qua ibi concludit̄ ꝙ prima coniunctio maxima fuit
anno ab origine mūdi. 320. vel circiter. Nam ſi hoc eſſet verū tunc ſicut ibidē
cōcludit̄ fuiſſet vna maxima cōiunctio ante diluuiū per duos annos vel circi-
ter. Hoc aūt eſſe non potuit ſicut in primo capitulo preſentis tractatus ſufficiē
ter probatum eſt. Similiter vt ex deductione eiuſdem opinionis patet fuiſſet
vna cōiunctio maxima ante xp̄i incarnationē annis circiter. 225. Et vna alia
poſt incarnationē annis. 735. vel prope ſicut ibidē dicit̄ ſed hoc non videt̄ poſ
ſibile quia ſicut in duodecimo capitulo preſentis tractatus dictū eſt poſt incar
nationē anno. 53. fuit vera cōiunctio maxima ⁊ hec nō potuit diſtare a con-

probare nititur Bacon in epiſtola ad clementē papam vbi loquitur de princi-
pio mūdi inducēs textum ſcripture Exodi.23.et.24.capitulo vnde concludit
ꝙ non eſt dubium quin ſm ordinem temporū naturalē principium mūdi fue-
rit in lunatione octobris. Et hoc vt dicūt aſtronomi oriētales egyptij greci ⁊
perſi: ⁊ quaſi omnes conſiderāt qui a patriarchis ⁊ prophetis habuerūt aſtro
nomiā. Et licet moyſes cōſtituerit anni principium in aprili quantum ad initia
ſolēnitatū vt dicit Joſephus tamē in alijs obſeruauit principiū mundi ⁊ anni
in octobri. Alij aūt dicunt principiū mundi fuiſſe in aprili videlicet in equino-
ctio vernali ⁊ hec eſt cōmunior opinio vt ſtatim dicet̄. Cap. 15.

NOtandū ergo ꝙ cōmuniter aſtronomi docent reſoluere annos
ab origine mundi ab introitu ſolis in arietem. Et in hoc concor-
dant antiqui aſtrologi vt Albumaſar vt allegaui verbo. 19. tra
ctatus predicti. Similiter Hali abenragel libro octauo capitu-
lo.35. dicit ꝙ inuētum eſt in libro cronicarum mundi ꝙ ſignum
mundi eſt aries ⁊ planeta eius ſol in aſcendente eius eſt cancer
⁊ iupiter in eo. Et concordat maior pars theologorum ⁊ compotiſtarū ꝙ mū-
dus fuit creatus in vernali equinoctio ⁊ vſus eccleſie tenet principiū ſeculi tūc
fuiſſe. Concordant in hoc Iſidorus ethymologiarum Rabanus magiſter hiſto
riarū Seruius ſuper georgica Uincentius in ſpeculo hiſtoriali: Johannes de
ſacrobuſco linconieñ. ⁊ plures alij. Unde patet quod apud eccleſiam catholi-
cam hec opinio cōmunior eſt ⁊ probabilior eſtimat̄. Si vero querat̄ cur anti-
qui aſtrologi reuoluebant annos mundi ab introitu arietis ⁊ quare iniciū ſi-
gnorum ibi eſſe voluerūt cum in circulo nullum principiū eſſe videat̄. Reſpondet̄
ꝙ ſm ꝙ dicunt Julius firmicus libro tercio in principio ⁊ Macrobius ſuper
ſomnio ſcipionis circa medium vbi agit de principio mūdi ꝙ incipiens die iſto
qui primus omniū luxit. Inuenimus mediū celi in ariete eſſe poſitum quia ſu
per medium celi in omnibus genituris poſſidet principatum. Et quia mediū
celi quaſi vertex eſſe dicit̄. Et quaſi mundi caput in exordio lucis apparuit. Et
quia ex hoc loco totius geniture fūdamēta colligimus oportune ex hoc ſigno
iniciū oībus ſignis datum eſt preſertī cū maxīa pars ſtellarum ⁊ ambo luminaria ra
dios ſuos in hoc ſignū miſerūt. Et ī hoc cōcordat Albumaſar tercio maioris
introductorij differētia quinta ī pricipio. Licet aūt hec opinio alijs probabilior vi
deat̄ tñ nō eſt certa ſed apud multos ſapiētes ſub dubio relinquit̄. Et huic ſnīe
nō diſcordāt ea q̄ dixi verbo. 18. tractatus ſupradicti. Cap. 16.

SUper verbo. 19. eiuſdē tractatus vbi ſm vnam opinionē tem-
ptaui deſcribere figurā ſeu faciē celi in principio mundi hic aliq̄
volo tangere dubia cōſideratione digna. Primū eſt ꝙ ſicut in
eodē tractatu notaui ſm varias opiniones de principio mūdi
varie eſſent deſcribēde huiuſmodi figure. Secūdum dubiū eſt
quia etiam ꝑſuppoſita cōmuniori opinione ꝙ mundus creatus

pro exemplo nō requirit illius exempli verificatio: quia quodcūqꝫ certū temp⁹
ſignatum inter duas tales cōiūctiões medias ſeu duas alias quorūlibet pla
netarū ſufficeret ad propoſitū illius quod ibidē querit. Hic vero notandū eſt
ꝙ cōiunctio triū ſuperiorū vera vel etiā media rariſſime fit ſm eūdē gradum
⁊ ideo non poſuerūt de hoc autores regulam certam ſed tamen in.40.annis
vel circiter in vno ſigno cōiungunt ſaturnus ⁊ iupiter ⁊ in eodez ſigno vel pro/
pe inuenit mars ⁊ hoc large loquendo iſti tres poſſunt dici cōiuncti verbi gra
tia. Anno.1345.fuit vna talis cōiunctio ipſorum triū ⁊ poſtea anno.1385.de/
inde erit alia anno.1425.vlterius ſequitur ex premiſſis ꝙ falſa eſt illa opinio
quā recitaui verbo.20.eiuſdem tractatus. Nec deductio ibi facta vel cōſigna/
tio.8.cōiunctionū maximarū ſuper illa fundamenta cōtinet veritatē: ſed hoc
poſtea manifeſtius declarabo.

Capl'm.14.

SUper.16.⁊ ſuper verbo.17.vbi narraui varias opiniones de prin
cipio anni ⁊ de loco celi ſub quo fuit iniciū mundi. Hic ad illorū
declarationē aliqua notāda ſubiungam. Sciendū eſt igit ꝙ licꝫ
varie gentes aut nationes diuerſimode inceperint annū ſuuꝫ: ta
men nō omnes ideo poſuerūt initiū mundi vbi fecerunt inicium
anni verbi gratia: licet romani inceperint annū ſuum in ſolſtitio
hyemali nō tamē hoc fecerūt quia ponerent ibi fuiſſe iniciū mūdi: ſed quia vt
dicit magiſter hiſtoriarū in principio ianuarij tunc vel pauloante incipit ſol no
bis apparere: licet aūt hebrei incipiant annū in equinoxio vernali: nō tamen
eſt concors hebreorū opinio ꝙ ibi mundi fuerit iniciū. Pro cuius declaratione
notādum eſt ꝙ vt quidam dicūt aliqui doctores hebrei quos cōmuniter mo
derni iudei inſequunt poſuerūt ꝙ anno dñice incarnationis.1204.ſm diony/
ſiū fuit.22.ſeptembris feria quarta fere vltimus dies.266.reuolutionis a prin
cipio mūdi ⁊ illū annū primū reuolutionis prime ponūt ſolum fuiſſe in imagi/
natione exceptis.6.diebus vltimis ideo iſtum annū vocāt annū vanitatis ſeu
imaginatū. Et vltimū diem illius dicūt fuiſſe diem ſexte ferie ⁊ ibi fuiſſe crea/
tum Adam ⁊ in eadem fuiſſe primam cōiunctionē mundi realem poſt horas
14. Ita ꝙ adam in ipſo die creationis ſue in veſpere vidit primā nouam lunā
⁊ ī ſequēti ſabbato ⁊ in craſtino incepit.29.prime reuolutionis, ſiue primi cicli
lunaris. Hoc aūt ꝙ pro ſex diebus vltimis totū vnū annū imaginant notabile
eſt quoniā pro regula habent ꝙ in computando annos quos ſemper a certo
menſe incipiunt pro vno tantū die alterius anni totuꝫ annū ponūt, in numero
vt ſi quis regnauerit die alicuius anni ſequenti anno dicat duobus annis re/
gnaſſe. Iſti ergo ponūt quod luna fuit creata ſoli cōiuncta ⁊ ꝙ prima mundi
creatio fuit in ſeptembri videlꝫ.21.die huius menſis vbi ſcribimus, feſtū ſancti
Mathei: ſed etiam Uincentius in ſpeculo, parte prima in principio dicit ꝙ
arabes ⁊ egyptij incipiunt annum a ſeptembri quia in creatione mūdi legunt
arbores fructū habuiſſe. Alij aūt ponunt mūdum incepiſſe in octobri. Et hoc

dñi. 908. 26. marcij: ꝛ fuit in. 9. gradu arietis: deinde poſt annos xp̄i. 1761. erit iterum vna cõiunctio eorum in. 16. gra. arietis. Et poſtea anno xp̄i. 2616. coniunctio eoꝝ vera in. 25. gradu arietis: ꝛ iſte cõiũctiones nõ ſunt ſimpliciter de maximis quia nõ ſunt in principio arietis ſed vt dicunt poſt has intermedias erit vera maxima circa principiũ arietis circa annos xp̄i. 3469. ꝛ ſic ſm eos int̄ predictas duas cõiunctiones veras ſimpliciter maximas ſunt anni. 3415. vel circiter. Nõ tamē per hoc excludit̄ quin alique fuerunt intermedie coniunctiones vere ſimpliciter maxime.

Cap̄. 13.

SI vero obijciat̄ ꝙ hec ſunt contra illud qḋ in dictis tractatibus de cõcordia ſepe allegatũ eſt in Alkabicio ꝛ alijs videlʒ ꝙ ſaturni ꝛ iouis cõiunctio in principio arietis fit in. 960. annis ſemel reſpondet̄ ꝙ illud ꝛ alia que ibi dicta ſunt de temporibus vniformibus illius cõiunctionis ꝛ aliarũ ſunt intelligenda de coniunctionibus medijs ꝛ nõ de coniunctionibus veris. Nam coniunctionũ verarũ tempora raro ſunt vniformia ſeu equalia. Exemplũ de cõiũctione ſolis ꝛ lune quia ſicut dixi in tractatu de ciclo lunari: licet cõiunctio media ſolis ꝛ lune id eſt reditus lune ad ſolem ſm vtriuſqꝫ curſum mediũ ſemper fiat in equali tempore tamē tempus lunationis vere id eſt temp⁹ reditus lune ad ſolem ſm vtriuſqꝫ curſum verũ raro eſt equale tempori lunationis equalis cũ lunatio vera quãdoqꝫ maior eſt lunatione equali quandoqꝫ minor. Et ita proportionabiliter in alijs cõiunctionibus planetarũ. ¶ Nota ꝙ in veris cõiunctionibus. 5. planetarũ ſpecialē facit varietatē ꝛ difficultatē eoꝝ retrogradatio ꝛ directio. Nam. 3. ſuperiores a ſole retrogradi ſunt. 4. ſignis ꝛ poſtea. 8. ſignis directe vel fere. Et venus poſtꝗ̃ tranſiuerit ſolem. 45. gradibus vſqꝫ ad. 48. vl' circiter incipit eſſe retrograda. Mercurius poſtꝗ̃ ſolem tranſiuerit. 23. gradibus vſqꝫ ad. 25. vel circiter fit retrogradus: ſed tamen aſtronomi iudicant ſm cõiunctiones veras quia autores volũt influẽtias planetarũ magis habere ꝓceſſum in cõiunctionibus veris ꝗ̃ in medijs. Unde ſm Alkindũ in effectibus magnis prouenientibus ex magnis cõiunctionibus ſaturni ꝛ iouis nõ debem⁹ habere reſpectũ ad eoꝝ motus medios ſed ad veros ꝛ ad verã eoꝝ cõiũctionē lʒ Albumaſar ſm medios motus eoꝝ ꝓceſſerit. Nec propterea tantus auctor ĩ hoc oĩno reprobãdus eſt quia vt credo ipſe ꝓceſſit in computationibus mutationũ magnarũ ad propinquũ qḋ fieri ſolet cũ medijs motibus ꝛ nõ veris. Ex predictis manifeſte ſequit̄ ꝙ cũ illa cõiũctio triũ ſuperioꝝ anno. 1345. de qua dictũ eſt fuit cõiũctio vera ꝛ nõ media nõ eſt poſſibile ꝙ cũ ſimilis fiat in oĩbus 224. annis ſicut aliqui dixerũt vt recitaui verbo. 15. tractatus de cõcordia ſed media cõiunctio illi correſpondēs ſequebat̄ eam ꝛ fuit circa. 23. iulij eodē anno in. 25. gradu aquarij uel fere. Utrũ aũt inter duas tales medias cõiunctiones fuerunt. 224. anni vt ibi ponit̄ nõ eſt certum. Et cũ hoc ibi poſitum fuerit

ſignauit ſuper legem mercurialem futuram ſm aliquos aſtronomos: hec autẽ
ſola poſita eſt ſm medios motus dictoꝝ planetarum. Cetere vero hic ãnotate
dicunt a peritis aſtronomis fuiſſe diligenter verificate z adequate ex radicibꝰ
verorum motuum ſm tabulas alfonſi. Alia fuit anno incarnationis xpi. 571.
incompleto z fuit in. 5. gradu ſcorpionis: venere exiſtente in. 1. gradu eiuſdem
ſigni: z hec ſm omnes ſignificauit ſectam machometi que ſequebaẜ poſtea per
50. annos fere videlicet anno xpi. 661. fere vt plenius notaui in dicto tractatu
de concordia aſtronomie z narrationis hyſtorice. Et imediata eorũ cõiunctio
precedens videlicet ſaturni z iouis fuiſſet circa annos xpi. 600. circa principiũ
cancri ſi fuiſſent directi: vel circa finem geminorum ſi fuiſſent retrogradi. Alia
fuit dictorum duorum planetarum etiam notabilis coniunctio poſt annoſ xpi
808. completos adiunctis. 193. diebus cum. 23. horis fere z fuit in. 6. gradu
ſagittarij: z etiam fuit mutatio triplicitatis aquatice in igneam z hec debuiſſet
fuiſſe in principio ſagittarij: ſed propter eorum directionem proceſſit vſq ad. 6
gradum eiuſdez. Sub hoc autem tempore viguit dominium francigenarum z
preſertim karoli magni z ſuorum: z alij effectus notabiles ſunt ſecuti. Alia fuit
eorundem planetarũ coniunctio anno xpi. 1226. incõpleto die quarta marcij
vel aprilis circa principium aquarij videlicet ambobus exiſtentibꝰ in. 3. gradu
aquarij: z fuit ibi mutatio triplicitatis terre in aereaz: in qua triplicitate adhuc
ad preſens ſumus z erimus in eius participatione z ſignificatiõe vſq ad ãnos
1465. vel circa: z ibidem tunc erit coniunctio eoꝝ: z etiam mutatio triplicitatis
aerec in aquaticam: z quia tunc mars fuit in angulo celi in ſcorpione in domo
propria multum fortis illa coniunctio habuit ſignificare ſuper mutationibuſ z
deſtructionibus regnoꝝ z regum pturbationibus legum: z ſub hac ꝯiunctione
inceperunt ordines predicatorum z minorum: et ſub eodem tempore inualuit
dominium tartarorum multaq alia mirabilia ſunt ſecuta.

SEd adhuc de aliquibus maximis cõiunctionibus expedit verã
calculationez ſubiungere. Sciendũ eſt ergo q ſicut aliqui periti
aſtronomi dicunt ſe veraciter calculaſſe z practicaſſe ſm radiceſ
alfonſi poſt xpm. 53. annis ſolaribus completiſ cum. 91. diebus
videlicet ſecunda die menſis aprilis ãni. 54. incompleti fuit vna
coniunctio ſaturni z iouis in capite arietis videlicet pertranſitis
vno gradu z. 17. minuto ſigni arietiſ exiſtente tunc ſole in. 2. gradu z mercurio
in. 6. gradu eiuſdez ſigni: z hec ꝯiunctio ſm eos licet nullum habuit ſignificatũ
ſuper terremotibus ſeu diluuijs magnis propter debilitatem z caſum ſaturni z
martis z remotionem eoꝝ ab angulo terre z a ſignis terreis: tñ alioſ maximos
effectus durabiles z adhuc durantes ſignauit: et adhuc ſumus in partipatiõe
z diuiſione eiuſdem ꝯiunctionis z erimus per multos ãnos. Et poſt predictam
ſaturni z iouis ꝯiunctionem fuit vt dicunt alia eorum ꝯiunctio vera ſub anno

ꝯuenerunt tres planete ſupiores videlicet die. 21. marcij in eadem facie eiuſdē
ſigni videlicet, in. 19. gradu aquarij. Et preter hoc fuit eclipſis lune vniuerſalis
eodem tempore videlicet per. 2. dies ⁊. 9. horas ante coniunctionem magnam
ſaturni ⁊ iouis que tunc apparuit in eodem menſe. Et illa eclipſis cum illis con
iunctionibꝰ magnis ſignificabat magnos effectꝰ ⁊ durabiles ſm aſtronomos
ſicut experientia docuit. Et illa cōiunctio que fuit in aquario ſigno fixo ⁊ hoc
ſignificauit effectꝰ fortiores ⁊ magis vniuerſales: ac plus durabiles ꝙ̄ alie con
iunctiones que fuerunt in eadem triplicitate: ⁊ p̄ſertim magiſ ꝙ̄ ille que fuerūt
in ſignis mobilibꝰ vel cōmunibus de quibus ſtatim dicam. fuit enim vna con-
iunctio predictam īmediate precedens anno xp̄i. 1325. ⁊ fuerunt ſimul ꝯiuncti
ſol iupiter ⁊ ſaturnus in. 19. gradu geminorū. fuit etiam alia ſupradictam īme-
diate ſubſequens in anno domini. 1365. in. 8. gradu ſcorpionis. Et fuit media
eorum ſcʒ ſaturni ⁊ iouis ac ſolis coniunctio in libra: ⁊ ita debuiſſet manſiſſe in
triplicitate aerea in qua ſumus: ſed propter eorum directionem peruenit con-
iunctio eorum ad ſcorpionem. Et quia iſtud ſignum ſemper eſt inimicum reli-
gioni: ideo dixerunt aliqui ꝙ illa coniunctio valde ſignificatiua fuit preſentis
ſciſmatis. Et poſt anno chriſti. 1385. coniunctio eorum īmediata in geminis: ⁊
poſt hanc īmediate ſequens fuit anno. 1405. 12. ianuarij in. 25. ḡ. aquarij. Et
hanc quidam reputant facere per terminationem ſciſmatis et vnione eccleſie
propter coniunctionem duoꝝ ſuperioꝝ in aquario in cuius triplicitate ſumus:
quia fit per hanc coniunctionē reditus ad ſignum triplicitatis aeree: licet īme
diate precedens fuerit in ſcorpione que pretendebat ſciſma: ſed cū difficultate
⁊ tarditate propter ſignū fixum: ⁊ quia verſus occidenteʒ ſunt planete: hec etiā
coniunctio ſignificabat odia principum almanoꝝ: ⁊ hec ſufficiant de illis ma-
gnis cōiunctionibus que illam (que fuit anno chriſti. 1345.) ſecute ſunt.

Cap.. 11.

SEd hic occurrunt alique magne coniunctiones que licet non fu
erint in ariete: tamen merito debent ſpecialiter deſignari: q̄a ſub
eis certe magne mutatiōes facte ſunt ⁊ notabiles effectus quos
predicte coniunctiones diu antea preceſſerunt. Una fuit de qua
in principio huius tractatus dictum eſt que ſignauit diluuium.
Alia fuit tempore magni nabuchodonoſor videlicet. 16. annis
romanis cum. 336. diebus ante ipſum: ⁊ ante xp̄m per. 763. annos ⁊. 281. dies
⁊ hec fuit in principio triplicitatꝭ terree ⁊ per ꝯſequens fuit mutatio ⁊ ꝯiunctio
ſaturni ⁊ iouis in principio tauri marte exiſtente in. 5. gradu arietis: hec p̄ceſſit
tranſmigrationem filiorum iſrahel: ⁊ magnas mutationes indicauit. Alia fuit
circiter per. 26. annos ante natiuitateʒ xp̄i ⁊ fuit in ſigno cancri de qua dixi in
verbo quinto tractatus predicti: videtur tamen ſm aliquos ꝙ magiſ notanda
eſſet illa que fuerit ante chriſtum fere per. 6. annos in principio arietis: et hec

per.4.miliaria diſtat a bethleem que.6.miliarib⁹ fere in auſtrū a iheroſolimis in dorſo ſituata eſt:vnde patet ꝙ ebron non diſtat a iheruſalē per duas dietas Sic ergo prima habitatio hominum cepit circa ebron bethleem ⁊ iheruſalem: ⁊ cōtinue plus ⁊ plus proceſſit verſus ſeptentrionem: ſed ex tabulis azarchelis patet ꝙ latitudo iheruſalem eſt.32.graduum: ⁊ eius longitudo.56.graduum Maxima vero ſolis eleuatio fuit āno xpi.1345.ſicut inuentum eſt.23.graduū 29.minutorū. Ergo latitudo iheruſalem maior eſt maxima ſolis declinatione per.8.gradus ⁊.31.minuta:et per conſequens prima habitatio hominum fuit circa tropicum eſtiuum per tantum ſpacium terre quantum correſpondent.8. gradus in celo videlicet per.453.miliaria: et hoc ſupponendo ꝙ vni gradui in celo correſpondent in terra.56.miliaria et due tercie vnius miliaris ſicut dicit campanus. Ex quibus clare patet falſitas opinionis predicte. Cap.9.

Super verbo.13.⁊.14.dicti tractatus:⁊ ſuper primo cap̄.tractat⁹ de concordantia aſtronomie ⁊ narrationis hyſtorice:⁊ ad confirmandum ea que ibi dixi de coniunctionibus trium ſuperiorum planetarum: hic allegabo quedam notabilia dicta magnorum autoruꝫ. Notandū eſt igitur ꝙ Meſſahala libro ſuo de coniunctionibus cap̄.ix.dicit ꝙ res maxime eueniunt ex coniunctione planetarū altiorum:et hoc fit a tarditate motus eorum. Et cuꝫ fuerint ꝯiuncti omnes tres in vno termino vel facie ⁊ aſpexerit eos ſol ſignificat deſtructionē ſectarum ⁊ regnoꝝ ⁊ eorum mutationē:⁊ res maximas ſc̄m eorum fortitudinē Et hec eſt maxima coniunctio que ſignificat aduentus prophetarum:⁊ deſtructionem quorundam climatum: et precipue ſi adiuuerit aliquis planetarum inferiorum. Et ca.x.dicit ꝙ coniunctio ſaturni ⁊ iouis eſt coniunctio maior:et ſignificat magnos euentus in mundo ⁊ ſectas. Et ca.ij.dicit ꝙ cōiunctio ſatni ⁊ martis eſt coniunctio media:⁊ ſignificat euentus qui fiunt ex guerra ⁊ bellis ⁊ contrarietatibuſ: ⁊ cum eo concordat Albumaſar libro.ij.de coniunctionib⁹ magnis differentia octaua. Cōiunctio vero iouis ⁊ martis vt dicit Meſſahala ca.xij.eſt ꝯiunctio minor ⁊ ſignificat euentus ex pluuijs ⁊ niuib⁹ ⁊ corruptione aeris:⁊ etiam guerram:ſed Ptolomeus ⁊ Haly in centiloquio propoſitiōe.58 ⁊.64.volunt intelligere per coniunctionem maiorem coniunctionem ſaturni ⁊ iouis in ariete:⁊ cōiunctioneꝫ mediam coniunctionē eorum cum mutantur in nouā triplicitatē:⁊ ꝯiunctionē minorē qñ ꝯiunguntˀ in reliquis ſignis. Ca.10.

Occaſione premiſſoꝝ ⁊ ſuper verbo.15.predicti tractatus ⁊ ſuper ca.57.et.59.tractatus de ꝯcordantia aſtronomie ⁊ narrationis hyſtorice vbi aliqua dixi de quadaꝫ trium ſuperiorū ꝯiunctione ⁊ de p̄ſentis ſciſmatis duratione. Hic aliquas magnas coniunctiones illam precedētes ⁊ aliquas ſequentes volui breuiter annotare. Sciendum eſt igitur ꝙ ſicut ibi dixi anno chriſti.1345.

Quintus error quia quidam ꝑtermiſerunt aliquas generationes ⁊ in aliquibꝰ pretermiſerunt plures ãnos: ⁊ in prima etate due generationes caynã: ⁊ in illa ⁊ alijs etatibus plures annos omiſerunt vt oſtendunt quidã autores. Sextus quia ãni in ſacra ſcriptura ab aliquibꝰ magis erant miſtici ⁊ enigmatici q̃ȝ veri anni ſicut de.6000.annorũ Methodij qui potius habent ſignificare.6.etates q̃ȝ numerum annorum. Et ponunt eam aliqui ad exemplum qđ non multum mihi videtur ad propoſitum pertinere videlicet de.7.ebdomadibus Danielis abbreuiatis que ſunt.490.anni lunares computati a ſecundo ãno artarxerſis regis qñ permiſſum eſt templum reedificari vſq; ad paſſionem. Septimꝰ error fuit quia quidam noluerunt credere ꝙ antiqui ante diluuium vixerint per tot annos ſicut in ſacra ſcriptura continet̃: ideo auferebãt.1000.annos de prima etate quos Joſephus poſuit ſicut ſupra tactum eſt. Octauꝰ quia tp̃e diluuij nõ remanſerunt niſi.8.aie de genere humano: vnde illi non multũ tunc aduertert ad annos qui ꝓceſſerunt ab origine mundi: q̃re difficile eſt annos ante diluuiũ preciſe calculare. Nonus fuit quia quidam nihil penitus dixerunt de tempore durationis diluuij qđ vnum annum integrum continebat quem illi obmiſerũt Unde hebrei aliqui ponunt ꝙ annus diluuij fuit.1657. alij ꝙ fuit.1656. ⁊ per conſequens ſm eos fuit annus.3988. reuolutionis mundi. Et iſta differentia poteſt concordari ꝙ minor numerus ſit annus diluuij inchoantis: maior vero annus diluuij finientis. Aliqui autez inceperunt ſecundam etatem a principio diluuij: aliqui vero a fine. Decimus error fuit quia ſol in tẽpore ioſue ſtetit per ſpacium vnius diei: ⁊ ſimiliter in tempore ezechie per ſpacium.10.horarum de quibus non cõmemorat aliquis in calculatione temporum.

Circa premiſſa occurrit quedam opinio merito reprobanda: nã illi qui vt predictũ eſt auferũt a prima etate mundi.1000.annos de numero ioſephi vt eum ↄcordent cũ hebreis pro ſua opiniõe: hanc precipue allegant cauſam: quia vt dicunt prima habitatio hominum fuit ſub equinoxiali circulo vel prope tanq̃ȝ ſub loco temperatiſſimo reddente terram fertiliſſimaȝ vbi duo ſunt yma ſolſticia ⁊ duo alta: ideo hñt duas eſtates ⁊ duas hyemes q̃re de vno noſtrorũ annorum fecerunt duos: ⁊ ſic ille millenarius ioſephi in prima etate ſuperfluit Sed iſta ratio poteſt rationabiliter improbari: naȝ dicitur Gen̄.iij. ꝙ miſit deꝰ adam de paradiſo voluptatis vt operaretur terraȝ de qua aſſumptus eſt.i. ſm magiſtrum hyſtoriarum in agro damaſceno de quo ſumptus fuerat: et in quo caym fratrem ſuum abel occiderat: et iuxta quem adam et eua ſepulti ſunt in ſpelunca duplici. Hic vero ager eſt in valle mambre iuxta ebron ad orientez ſic dictus a damaſco ſeruo abrahe: ſicut ſcribunt coſmographi. Unde non eſt ille ager prope ciuitatem illam magnam damaſcum qui caput eſt ſirie: ſed ab illo loco diſtat fere per.5.dietas. Conſtat aũt ꝙ ebron verſus ſeptentrionẽ circiter

quem ponunt Euſebius ꝛ Oroſius ꝛ alij ſequētes eos multū accedunt veritati videlicet.5199.ꝛ.70.non diſcrepant ab eo numero niſi ꝙ ponūt.3.ānos minꝰ ꝛ in dicto numero Euſebij concordant Oroſius Beda Marcus Martinus ꝛ Gildas in cronicis ſuis:quorum cōcordantia magnum dat argumentū ꝙ iſte numerus multum appropinquat veritati:ſed aſtronomi qui preciſius calculāt tēpora ab iſto numero aliqualr diſcordant:nam ſm Albumaſar ꝛ Alfonſum ponunt duo numeri ſupraſcripti iuxta duplicem calculatoꝝ qui non diſcordāt niſi in.10.diebus.Et ſunt anni integri abſqꝫ fractionibus.5328.vt ſupra patet ꝛ iſti numero etiā ſatis prope ꝯcordat ille numerus qui colligitur ab ipſis.70. ꝛ ab Alfonſo videlicet.5343.ꝛ dies.318.et ſimiliter concordant multum cum numeris poſitis ab aſtronomis:numerus collectus ab Auguſtio et Alfonſo: videlicet.5363.ꝛ dieſ.318.ꝛ maxime ꝯcordat multū cum numerꝭ aſtronomoꝝ numerus ille quem aſſignant ſm opinionem.70.interpretum videlicet.5330. et ille numerus examinatur per omnes etates:ꝛ ideo cōcluditur ꝙ iſti numeri vltimo poſiti ſunt ſeruandi inter omnes alios ꝛ alij ſunt reijciendi.Utrum aūt aliquis iſtoꝝ ſit preciſus incertum eſt:veriſimilius tñ videtur ꝙ illi numeri ab aſtronomis collecti multum inuitantur preciſioni.Quibus autē plus dubium relinqtur:nec hoc aliqs ſcire poteſt vt dicit quidā doctor niſi ei fuerit inſpiratū et hoc cauſa eſt magni erroris in aſtronomia:qa ꝓpter hoc vt idem ait q̄ſi impoſſibile eſt ſcire in quo orbe magno ſumꝰ a mundi creatione qđ tñ ſcire valde neceſſarium eſt ad aſtronomoꝝ iudicia vt poſtea tanget̄.Nec iſta incertitudo annoꝝ mūdi ſolū eſt cauſa erroris in aſtronomia:ſed etiā ſcandali in theologia vt in dicto tractatu notaui.Utrum autē de hoc naturaliter hr̄i poſſit certitudo per viam quā ibi tetigi dubium reputaui:de qua re magis inferius apparebit.

## Capitulum.7.

Occaſione tante varietatis opinionū predictarū in computando annos mundi quidā aſſignauerūt.10.errores ſeu cauſas quare plures errauerūt in calculatione tempoꝝ.Primo qa quantitatē anni diuerſi diuerſimode ſumpſerunt nec vera anni q̄ntitate vſi ſunt:ꝛ de hoc Augꝰ.xv.de ci.dei ca.xij.et Solinꝰ circa principiū libri ſui ſicut alibi declaraui.et ſpecialiter de hoc dixi in tractatu predicto verbo.6.ꝛ duobus ſequentibus.Secundo quia ſuppoſito ꝙ omnes quantitatem qua vtitur eccleſia poſuiſſent adhuc non bene preciſe ꝓceſſiſſent.nam illa non eſt preciſa vt declaraui in tractatu de correctione kalendarij.Et licet hic error ſit modicus ꝛ paruꝫ fecerit ad propoſitum quantum ad annos integros tamē bene fecit quantum ad dies ꝛ dierū fractiones.Tercius error quia diuerſimode incipiunt annū:ideo non eſt mirum ſi in computatione annorum non concordarunt.Quartus quia multi cum acciderūt fractiones annorum eas computauerunt pro anno integro ſicut.70.frequenter fecerunt.

SUper verbo. 10. ⁊ duobus ſequentibus: ⁊ ſuper finali ꝯcluſione
preallegati tractatus addam hic breuem recollectionē variarū
opinionum de annis ab origine mundi vſq; ad natiuitatem xp̄i
Sciendū eſt igitur ꝙ iuxta hebraicā veritatē a mundi creatione
vſq; ad natiuitatē xp̄i fuerūt anni. 3971. ⁊ ſm mgr̄m hyſtoriarū
vſq; ad annuz tyberij. 15. quo xp̄s fuerat baptiſatus computant̄
ab adā ſm computationez hebraicā anni. 4000. ⁊ in hoc ꝯcordat Beda ſeq̄ns
Euſebiū: ānotando ꝙ. 16. āno tyberij fuerat principiū. 81. iubilei ſm hebreos
Ex quibus patet ꝙ a natiuitate xp̄i vſq; ad. 15. tyberij fuerunt. 29. āni cōpleti:
tn̄ ſicut dicit Bacon in ep̄la ad clementē papā ſm hebraicā veritatez vt Beda
recitat fuerūt anni ab adam vſq; ad xp̄m. 3952. ⁊ iſte numer⁹ examinat̄ diſcur
rendo per oēs etates ſm hebraicā veritatē: ſed hanc hebreoꝝ computationez
non ſequunt̄ plurimi ſicut. 70. interp̄tes Joſeph⁹ Euſebius Oroſius Yſidorus
Beda ⁊ alij multi ſicut diffuſe in dicto tractatu declaraui qui omnes maiorez
annorū numerū poſuerunt: licet inter eos ſit diſcrepantia que maxime ꝓuenit
ex varia cōputatione prime etatis de qua iam dictū eſt. Et licet quidaz dicant
ꝙ cōputatio hebreoꝝ qui poſuerunt vſq; ad diluuium annos. 1656. in quibus
87. cicli ⁊. 3. anni magis ſit ſeq̄nda: tn̄ Aug⁹ videt̄ ſentire ꝙ. 70. verius compu-
tauērūt vt patet. xv. de ciui. dei ca. xj. vnde maior pars autoꝝ illos inſequēdo
computat. 2242. annos vſq; ad diluuium vt Yſidor⁹ Euſebius Beda ⁊ plures
alij: ⁊ Aug⁹ ab iſto numero non multū variat qui ponit. 2262. nec multū diſcor
dat Albumaſar qui dicit libro. j. de magnis ꝯiunctionibus differētia. j. ꝙ iam
narrauit Belenus vel Bemen⁹ ⁊ alij extra eum ꝙ inter creationē ade ⁊ noctē
diei veneris qua fuit diluuium fuerūt anni. 2224. vel. 2226. menſis vnus dies
13. hore. 4. idem Albumaſar eodez libro in fine tractatus quarti refert ꝙ indi
plura annoꝝ milia eſtimauerunt. Ex p̄miſſis probabiliter ꝯcluditur ꝙ omnes
opiniones de ānis mundi vſq; ad xp̄m reijciende ſunt que non ſe extendūt ad
5000. annoꝝ: ⁊ recipiendi ſunt numeri annoꝝ quos ponunt Euſebius ⁊ Beda
⁊ eorū ſequaces vſq;. 5199. ⁊. 5196. ſm. 70. prout dicit magiſter hyſtoriarū: vel
5330. vt dicit Odnithon: ſil'r. 5210. ſm Yſidoꝝ ſicut quidam allegant ⁊. 5500.
ſm grecos vt aliqui dicunt ⁊. 5530. ſm quoſdam codices ⁊. 5326. anni. 3. dies
16. hore. 30. minuta ſm Albumaſar ⁊ Alfonſum ſequendo vnaz calculationē
vel. 5328. anni dies. 6. hore. 8. minuta. 30. ſequendo aliam calculationem ſup-
ponendo ſcz ꝙ coniunctio ſignificans diluuium preceſſit ipſum per. 279. ānos
vt dicit Aomar quem ſequuntur alij aſtronomi preter Albumaſar vt predictū
eſt. Item ſi addant̄ illi anni quos ponit Aug⁹ ab adā vſq; ad diluuiū videlicet
2263. annis poſitiſ ab Alfonſo a diluuio vſq; ad xp̄m videlicet. 3101. cū dieb⁹
3.18. fient anni. 5363. et dies. 378. Iſti ergo ſunt numeri qui excedunt. 5000.
annoꝝ: ⁊ tn̄ inter illos eſt magna diſcordia: vnde veriſimile eſt ꝙ ille numerus

SUper verbo nono vbi dixi de etatū mundi diſtinctiōe hic breuez earum recapitulationez ſubijciam. Dico ergo ꝙ cum prima etas incepit ab adam vſ ad diluuium de hac eſt maior diſcordātia. nam Aug⁹. xv. de ciui. dei ca. ij. dicit ꝙ in hac computantur āni 2262. ſm codices noſtros: ſed ſm. 70. interptes cum quibus concordant Euſebius ⁊ Beda in libro de temporibus ac alij omnes cōmuniter: hec prima etas continet annos. 2242. ſed ſm Hieronimū hec etas non plene ꝯtinet. 2000. ſed Albumaſar dicit ꝙ inter creationem ade ⁊ diluuiū fuerunt anni. 2226. menſis vnus dies. 13. hore. 4. In hac aūt materia hebrei a 70. interpretibus diſcordant vt patebit: ſed magis a Joſepho: quia ipſe primo antiquitatū ca. iij. ponit ꝙ pluuia diluuij incepit. 27. die aprilis: ⁊ vſ ad hanc diem ab adam fuerunt anni. 2656. quod quidem tempus vt ait idem in ſacris libris conſcriptum multa integritate ſignificatum eſt: ſed ſm hebreos hec etas ſolum continet annos. 1656. Et hanc diſcordiam quidam nituntur ꝯcordare per hoc ꝙ de vno annorum noſtrorum Joſeph⁹ fecit duos: ⁊ ſic ſuperfluit ille millenarius ſuperadditus hebraice veritati. Unde cōmemorant Joſephus et Beda ꝙ antiquorū vita tam diurna apud modernos eſt inopinabilis niſi per viam iſtam ſcꝫ ꝙ vnus annus computetur pro duob⁹ vel pro quatuor: ſed huic dicto ꝯtrariatur Aug⁹ vt in tractatu predicto declaraui. Secunda etas ꝯtinet ſm Joſephum ⁊ Hieronimū ⁊ hebreos ānos. 292. ſm vero. 70. ⁊ Aug[illegible]. 1072. ſm Bedam ⁊ Mariannum. 522. ſm Euſebium. 942. ⁊ Euſebius ⁊ ſui ſequaces computant ſm annos ſolares: ſed. 70. ſm annos lunares quibus etiam vtunt̄ hebrei. Tercia etas ab ortu abrahe vſ ad regez dauid habuit ānos. 942. per generationes. 14. ſm vtranq editionem: ⁊ hoc idem dicit Rabanus. Quarta etas ſm hebreos ꝯtinet annos. 473. menſes. 6. dies. 10. vt dicit ibidē Raban⁹ ſed ſm aliquos continet. 474. integros: ⁊ in hoc ꝯcordat Beda: ⁊ hec etas fuit a principio regni dauid vſ ad tranſmigrationez babilonis. Quinta etas fuit a dicta tranſmigratione vſ ad natiuitatez chriſti: hoc eſt vt quidam dicunt a marcio ante combuſtionem templi in autumno factam vſ ad kal' aprilis vel marcij: vnde hebrei incipiunt annuz: ⁊ continet hec etas ſm Rabanum ānos 589. ſed ſm veriſſimam traditionem vt quidam dicunt ſunt anni. 591. Sexta etas incipit a xpi natiuitate qui ſm magiſtrum hyſtoriarum natus eſt in nocte dominice diei anno ab vrbe condita. 752. octauo kal' ianuarij. Et ea die qua dixit. Fiat lux: viſitauit nos oriens ex alto. Quidam autem conſiderationem habentes ad quatuor etates hominis ⁊ ad quatuor ſigna principalia que diſtinguunt quatuor quartas zodiaci: iuxta hoc dixerunt q̄tuor mundi tempora vel etates videlicet vt patet infra capitulo. xxxiiij.

Capitulum. 6.

planete ſimul cum ſtellis fixis vniuerſis ad loca que in prima origine mundi tenuerunt reuertuntur: de quo Joſephus vbi loquitur de longeuitate antiquoꝝ ponit ꝙ in .60000. annorum circulo magnus annus completur: ſed premiſſa opinio de .15000. annorū cōmunior eſt: vnde verſus. Milia ter quinqꝫ mundꝰ complectitur annos. Ut plato teſtatur magnum quos nuncupat annum: huic tñ vulgari opinioni non eſt fides adhibenda: naꝫ vt dicunt experti aſtronomi ſtelle ideo fixe dicuntur in celo: quia motus earum vix comprehēditur: de hoc motu ſtellarum fixarum: ⁊ de huius magni anni quantitate vide plenius infra ca. 36. in figura motus octaue ſpere poſt finem huius tractatus. Centum enim annoꝝ curricula perlabuntur dum tantuꝫ .1. gradū pertranſeunt cum qdlibet ſignum .30. gradus contineat. Et cum conſtet .12. eſſe ſigna ſequitur ſtellas in 36000. annorum curſum ſuum perficere. et hic eſt magnus ānus philoſophoꝝ de quo Plato ⁊ Ariſtotiles ac alij loquuntur: ſed an talis ſit futurus incertum eſt ſm fidem catholicorum.

## Capitulum .4.

SUper verbo ſeptimo vbi pro confirmatiōe opinionis ſm Auguſtinum de longeuitate āntiquorum dixi de annis fridaricis ſm Alkabicium: hic deſcribam eorundem annorū tabulam ſm Albumaſar ſeptimo libro maioris introductorij differētia octaua.

| Planete. | Anni fridarici. | Añi maximi. | Añi maiores. | Añi medij. | Añi minores |
|---|---|---|---|---|---|
| Sol | 10 | 1461 | 120 | 39½ | 19 |
| Luna | 9 | 520 | 108 | 39½ | 25 |
| Saturnus | 11 | 465 | 57 | 43½ | 30 |
| Jupiter | 12 | 427 | 79 | 45½ | 12 |
| Mars | 7 | 284 | 66 | 40½ | 15 |
| Venus | 8 | 1151 | 82 | 42 | 8 |
| Mercurius | 13 | 480 | 76 | 48 | 20 |
| Caput | 3 | 0 | 0 | 0 | 0 |
| Cauda | 2 | 0 | 0 | 0 | 0 |

¶ Hic autem notandum eſt ꝙ ſicut quidam dixerunt quantitas temporis vite erit ſm quantitatem annorum dictorum a planetis ſignificantibus ānos vite. Et ſunt illi anni eorum maximi anni. Inſuper ſm aliquos vita hominis vltra 80. annū eſt cōmuniter quaſi mors: propter hoc vt dicūt ꝙ circa hunc terminū anni iouiales deficiunt videlicet āni iouis maiores qui ſunt .79. Unde iupiter eſt planeta humanus adeo beniuolus ⁊ vitalis vt de eo dicat Julius fermicus ꝙ homines eſſent immortales ſi nunqꝫ in genituris hominis iouis benignitas vinceretur a malorum poteſtate ſcilicet a ſaturno ⁊ marte.

## Capitulum .5.

Hic aũt notandũ est ꝙ circa hanc figurã natiuitatis xp̄i ꝛ eius ſignificationez in. 34. capitulo huius tractatus aliqua narrabunt̃ que probabiliter videntur xp̄iane legis excellentiã ꝛ quandã theologie ꝛ astronomie conſonantiã ſuade re: ſed nec eſt hic pretermittendũ ꝙ ſm aliquos circa figuram natiuitatis xp̄i Albertus magnus errauit in ſuo ſpeculo: quia ut dicunt nõ fuit virgo nec aliqua facies virginis in aſcendente natiuitatis ihesu. Sed fuit aſcendens libra vt aliorũ etiam quorũdam prophetarum. Nam aſcendens natiuitatis xp̄i ſm aliquos fuit. 2. gra. 51. mi. 26. ſecunda libre. Et ſic natus fuiſſet quaſi per terciam partem hore ante mediã noctem ſed ponẽdo aſcendens. 8. gra. virginis natus fuiſſet circiter per duas horas ante mediũ noctis. Tamen virgo fuit in aſcendente ↄiunctionis ſignificantis natiuitatẽ xp̄i q̃ p̄ceſſit forte p. 6. annos vel circiter cuius preciſam calculationẽ peritioribus relinquo. Superaddit tñ Albumaſar in ſuo maiori introductorio tractatu. 6. differentia prima in capitulo de aſcenſionibus imaginũ que aſcendunt cum virgine. Aſcendit in prima facie illius ſcilꝫ virginis virgo pulchra ꝛ honeſta atqꝫ munda prolixi capilli ꝛ pulchra facie habens in manu ſua duas ſpicas ꝛ ipſa ſedet ſuper ſedem ſtratã ꝛ nutrit puerum dans ei ad comedẽdũ conſiſtẽs in loco qui vocat̃ abrie ꝛ vocat ipſum puerũ quedam gens ihesum. Et aſcẽdit cum ea vir ſedẽs ſuper ipſaꝫ ſedem: ꝛ aſcẽdit cum ea ſtella virginis. Et dicit Albertus in ſuo ſpeculo. Iam ſcimus ꝙ ſub aſcendẽte einſdem partis celi ſcilicet virginis natus fuit dñs noſter ihesus xp̄s: cũ hoc ꝙ equatio motus octaue ſpere in tempore eiuſdez fuit 8. gra. ꝛ. 30. minutoꝝ ꝛ. 2. ſecũdoꝝ ſm calculationẽ certiſſimã. Et ꝙ ipſa erat tũc minuẽda de locis planetarũ inuẽtis per canones. Non quia ſubiacet ſtellarũ motui aut earũ iudicio natorũ deſideratiſſimus qui creauerat ipſas ſtellas: ſed quia cũ extẽderet celum ſicut pellem formãs librũ vniuerſitatis noluit litteris eiuſdẽ deeſſe ex eis que ſm prouidẽtiam ſuam in libro eternitatis ſunt ſcripta etiã illud elõgantiſſimũ a natura ꝙ de virgine naſceret̃ vt profecto per hoc innueret̃ homo carnalis ꝛ verus qui non naturaliter naſcebatur. Non ꝙ celi figura cauſa eſſet quare naſceret̃: ſed potius ſignificatio immo ꝛ vero verius ipſe erat cauſa quare modus admirãde ſue natiuitatis ſignificaret̃ per celum: ꝛ hec Albertus.

Cap. 3.

Super verbo ſexto tractatus predicti vbi diſtinctionem poſui de varia anni acceptione hic de magno anno aliquid declarabo quod ibidem pretermiſi. Notãdum igit̃ ꝙ de magno anno varie fuerunt opiniones de ipſo enim loquit̃ Plato in thimeo libro ſecũdo ſuper quo ſcribit Calcidius ſed nõ ponit quantitatez huius temporis. Quidam aũt alius expoſitor ponit illũ continere. 15000. annoꝝ ꝛ in hoc concordat Macrobius: ſed Johannes de ſacrobuſco in compoto ſuo dicit ꝙ magnus annus eſt ſpacium temporis in quo oẽs

Circa ſecūdum exemplū ſupra notatū videlicet de figura natiui-
tatis xp̄i ſciendum eſt q̄ hec figura ſubſcripta valet in dicta nati
uitate aſcendēte.8.gra.virginis vel circa ſecundū q̄ dicit Albu-
maſar differentia prima tractatus.6.in capitulo de aſcenſioni-
bus imaginū prout hoc allegat Albertus magnus vnde dicit al
bumaſar. Et aſcendet in prima facie virginis puella. Et ſubiun-
git Albertus. Et iam ſcimus q̄ aſcendente eadem parte celi natus fuit domi-
nus ihesus xp̄s ꝛc̄. De huius vero figure ſignificatiōe ad aſtronomoꝝ iudicia
remitto ſalua tamen illa modeſtia atq̄ reuerentia quam in predicto tractatu
notaui.



Fignra celi tempore na-
tiuitatis chriſti




Figura ſequēs eſt ad latitudinē.32.gra.ſ.hieruſalem. Tamē ſm aliquos aſcē dens natiuitatis xpi fuit.2.gra.51.mi.26.ſecunda libre: ⁊ ſic natus fuiſſet per terciā partem hore ante mediam noctem ſed ponendo.8.gra. virginis natus fuiſſet circiter per duas horas ante mediā noctem vt patet.

taliter reſpectu coniunctionis circa principiũ·4·gra·leonis. Inde etiam patet
diſcordãtia tabularũ ex differẽtia gradus cõiunctionis quẽ ipſe ponit ad gra
dum qui hic ponit̃ ſm tabulas Alfonſi. Quibus p̄ſuppoſitis manifeſte patet
falſitas illius opinionis quã verbo viceſimo eiuſdem tractatus quaſi probabi
lem recitaui ⁊ ſupra quã annos coniunctionũ maximarũ conſignaui videlicet
ꝙ duobus annis fere ante diluuium fuit vna maxima coniũctio ſaturni ⁊ io-
uis. Ad cuius confirmationẽ cuiuſdam Arabis aſtronomi allegabat̃ auctori
tas. Hoc enim eſſe non potuit nam cõiunctio principaliter ſignificans diluuiũ
fuit eorundẽ ſaturni ⁊ iouis quaſi in medio cancri que preceſſit diluuiũ·279·
annis fere vt dictũ eſt. Et quia fuit in medio cancri adhuc reſtabant·120·an-
ni, anteq̃ coniunctio eoꝝ veniret ad triplicitatẽ eorum ſubſequentẽ. Et per cõ
ſequens neceſſario mutatio triplicitatis aquatice in igneã fuit annis·159·an-
te diluuiũ ⁊ mãſit in eadem mutatione vſq̃ poſt diluuiũ·120·annis: ⁊ tũc mu
tauit ſe in triplicitatẽ terream. Patet ergo ꝙ poſt diluuiũ quaſi fuit in medio
triplicitatis ignee: ⁊ ſic nulla coniunctio circa diluuiũ potuit eſſe in principio
alicuius ſigni ignei: ⁊ hoc vtiq̃ verum eſt habendo reſpectũ ad durationẽ tri-
plicitatis ignee per·240·annos: ⁊ ad medios illoꝝ planetarũ motus ſm ꝙ p-
ceſſit Albumaſar: ſed habendo reſpectum ad veros eoꝝ motus poſſibile eſt ꝙ
aliqua coniunctio ipſoꝝ preceſſit diluuiũ ſub certo numero annoꝝ magno vl'
paruo etiã in ſigno eiuſdem triplicitatis ignee vel terree ſequenti vel aquatice
precedenti ſemper tamẽ in propinquo. Et iſta diuerſitas huius reſpectus pro
uenit ex directione vel retrogradatione ipoꝝ duoꝝ planetarũ tempore huius
coniunctionis vel circa. Scire aũt que coniunctio eoꝝ imediate preceſſerit di-
luuiũ non pertinet ad propoſitũ pertractare licet iſta forte naturaliter loquen
do fecerit pro diluuij fortificatione. Nam hic nobis ſufficit loqui de ſupradi-
cta coniunctione diluuium principaliter ſignificante. Cuius figura ſequitur
aſcendente primo gradu Arietis ſm omnes actores.

hic aliqua ſpeciali⁹ dicenda ſunt. Sciēdum eſt ergo circa primuꝫ ꝙ ſicut dicit
Aomar in fine libri ſui de natiuitatibus ante iniciū annoꝝ diluuij per. 279. an
nos fuit coniūctio ſignificans diluuiū. Et hoc idē aſſerit Albumaſar primo li
bro de cōiunctionibus magnis differentia prima niſi ꝙ ipſe ponit illam coniun
ctionē ſignificantē diluuiū ipſum ꝓceſſiſſe per. 287. annos tamē per priorē nu
merū quaſi omnes aſtronomi operant̄ vnde oēs fere actores in hoc cōcordāt
ꝙ illa coniūctio principaliter diluuiū ſignificans nō fuit de maximis coniun-
ctionibus que fiunt in capite arietis videlicet ſaturni ⁊ iouis ſed fuit ipſoꝝ con
iunctio in. 14. cancri ⁊ illa preceſſit diluuiū. 279. annis romanis cum. 248. die-
bus ⁊. 8. horis fere. Et hec fere fuit ante xp̄m. 3381. annis ſolaribus. 200. die-
bus ⁊. 9. horis ſicut hec patent practicanti eorūdem planetarū motus ſm ra-
dices doctrine Alfonſi. Unde nota ꝙ de hac coniunctione henricus de mach
linia magnus alberti magni diſcipulus ſupra librū magnarū cōiunctionū: al-
bumaſar differentia prima ita ſcribit Inueni per tabulas machlinien̄. vltimo
verificatas annū coniunctionis ſignificantis diluuiū. 3382. annis ante annuꝫ
incarnationis dn̄ice. In illo eni anno inueni mutationē triplicitatis per cōiū-
ctionē iouis cum ſaturno circa. 5. gradū cancri in mēſe iunio illius anni ⁊ hoc
iuxta motus ordinatos ſm nonam ſperam ratione cuius etiam imago nauis
que archam Noe ſignificare poterat in directo loci coniunctionis illius erat:
hec igit̄ coniunctio per mutationē triplicitatis ad ſigna aquea ⁊ precipue ad ſi
gnū mundi quod eſt cancer cōuenienter diluuiū ſignificare poterat ⁊ deſtru-
ctionē per cathacliſinū. Item idem ſic ait mirabilē aūt moduꝫ coniunctionis
inueni in fine quidem menſis ſeptimi. Inueni coniunctionē iouis cum ſatur-
no circa principiū. 4. gra. leonis ⁊ ex hoc proceſſerunt ambo cōtinue quouſqꝫ
peruenit iupiter ad. 9. gradum leonis ⁊ ſaturnus poſt ipſum in. 3. gradu ⁊ ibi
erat ſtatio. Poſtea vero retrogradati ſunt ambo ita ꝙ in reuolutione anni ſe
quentis cum ſol intraret arietem per annos. 3381. ante incarnationē dn̄i per
retrogradationē coniuncti ſunt circa finem. 28. gra. cancri ⁊ paucis diebus
poſt erat ſtatio deinde vero inceperunt dirigi ⁊ ſic perpendi ꝙ per annū ⁊ am-
plius erant infra terminos coniunctionis. Et quid mirū ſi talis cōiunctio ſup
rem maximam ſignificauit tum per duplicationē coniunctionis in ſignis con
trarijs in fine cōtrarietatis ⁊ maxime talibus vt ſunt leo ⁊ cancer tum etiam ꝓ
pter imagines alias que ſunt in directo finis cācri ⁊ principij leonis vt eſt ima
go nauis per quam archa Noe ſignificat̄ ⁊ propter alia multa liquide paten-
tia intelligenti hec ille: hoc aūt quod ait hanc cōiunctionē fuiſſe per mutatio-
nem triplicitatis ſimpliciter loquēdo non potuit eſſe ſm veros motus quia ſic
illa non fuit prima in hac triplicitate aquea ſed forte potuit eſſe ſm motus me
dios ſm quos etiā intelligit̄ fuiſſe illa coniunctio circa. 5. gra. cancri vel forte
intellexit hanc coniunctionē triplicitatis non ſimpliciter ſed ſm quid ⁊ accidē

Octauū de cuiuſdam opinionis reprobatione.
Nonum de triū planetarū ſupiorum varia coniunctione.
Decimū de plurium magnarū cōiunctionū annotatione.
Undecimū de quarundā aliarū magnarū coniunctionū ſpāli deſignatione.
Duodecimū de quarundā maximaꝝ coniunctioonū veraꝝ calculatione.
Decimūterciū de cuiuſdam obiectionis vtili ſolutione.
Decimūquartū de varia mundi principij opinione.
Decimūquintū de cōmuniori ꝛ probabiliori circa hoc eſtimatione.
Decimūſextū de multiplici circa figuram celi prima dubitatione.
Decimūſeptimū de cuiuſdā falſe opinionis improbatione.
Decimūoctauū de incerta. 10. ſaturnaliū reuolutionū inchoatione
Decimūnonū de magnoꝝ orbiū reuolutione.
Viceſimū de cuiuſdā opinionis impugnatione.
Viceſimūprimū de quadā circa hec dubia queſtione.
Viceſimūſecundū de magni orbis nūc currētis inueſtigatione.
Viceſimūterciū de magnoꝝ orbiū enumeratione.
Viceſimū quartū de magnaꝝ cōiunctionū ſignificatione.
Viceſimūquintū de maximarū coniunctionū ꝛ mediarū vera calculatione.
Viceſimūſextū de. 8. earundē cōſignatione.
Viceſimūſeptimū de triplici ante diluuiū prima cōiunctione.
Viceſimūoctauū de prime figure celi vera deſcriptione.
Viceſimūnonū de. 8. cōiunctionū maximarū applicatione.
Triceſimū de cōiunctione regni iſrahel ꝛ legē moyſi ſignificante.
Triceſimūprimū de pluriū ſequētiū cōiūctionū annotatione.
Triceſimūſecundū de radice ſumenda pro minoꝝ cōiunctionū inuētione.
Triceſimūterciū de tabula maioꝝ cōiunctionū ꝛ eaꝝ enumeratione.
Triceſimūquartū de aduētus antixpi ꝛ fine mūdi cōiectura pronoſticatione.
Triceſimūquintū de varia circa anni ſolaris quātitatē opinione.
Triceſimūſextū de opiniōis thebith circa motū octaue ſpere explanatione.
Triceſimūſeptimū de quātitatis anni ſolaris inequalitate.
Triceſimūoctauū de varia annoꝝ ſolariū cōnotatione.
Triceſimūnonū de multiplici menſis lunaris acceptione.
Quadrageſimū de cōſumatione operis ꝛ autoris excuſatione.

Cap. j.

Exordiar igit̃ ab elucidatione eoꝛuꝫ que ſcripſi in tractatu de cōcordia theologie ꝛ aſtronomie incipiēs a verbo quinto vbi dixi ꝙ de theologicis ꝓphetijs quibus aſtronomica iudicia poſſunt cōuenient̃ aptari aliq̃ expedit exēpla particularit̃ annotari vnuꝫ de veteri aliud de nouo teſtamēto. Primū de generalis diluuij ꝓſignatione. Secundū de natiuitatis xpi figuratione de quibus

Incipit elucidariū aſtronomice cōcordie cū theologica ꝛ hiſtorica veritate.

Ibi diligētius pſcrutanti aſtronomoꝝ dicta
clari⁹ innotuit veritas ſup aliquib⁹ que ſcripſi
i tractatu pmo de ꝯcordia theologie ꝛ aſtro-
nomie ac etiā i tractatu ſecūdo quē illi ſupad
didi de cōcordantia aſtronomice veritatis ꝛ
narrationis hiſtorice. Et ideo ad illoꝝ decla
rationē hūc terciū tractatū quē elucidarium
aſtronomice ꝯcordie cū theologica ꝛ hiſtori-
ca veritate in titulo illis cōiūgere dignū duxi
tāq̄ neceſſariū ad pfectū eoꝝ complementū.
Nec verebor in re taz ardua fateri me ibi ali-
qua minus pfecte minuſq̄ cōplete ſcripſiſſe q̄
hic op⁹ eſt elucidare pfecti⁹ ꝛ cōpleti⁹ explica-
re. Nā ſilr inuenio viris peritiſſimis cōtigiſſe
Multi ſiqdē magni aſtronomi multa de tēperie aeris ꝛ de his que eueniūt in
mūdo ſcripſerūt ſed in ſuis libris ſemp aliqua omittūt. Ptholome⁹ eni in qua-
dripartito multa ſcribit vtilia ſʒ docet regulas generales pnoſticādi p eclypſes
luminariū deinde pnoſticādi primo p quartas anni ꝛ poſtea p cōiunctiones ꝛ
oppoſitiones luminariū ꝛ deinde p eoꝝ quadraturas ſed de cōiūctionib⁹ ma-
gnis videlʒ triū ſupiorū planetarū ꝛ de reuolutionib⁹ annoꝝ mūdi nihil deter
minat Albumaſar i maiori introductorio multas dicit regulas notabiles eas
tn̄ nō ponit in ordine ꝛ lʒ de cōiunctionib⁹ magnis ptractet de eclypſib⁹ tn̄ lu-
minariū nō multū loquit̄ nec eoꝝ iudicia manifeſtat. Alkindi⁹ vero int̄ oēs rō
nabiliter pcedit nihil tn̄ loquit̄ de cōiūctionib⁹ magnis nec de eclypſib⁹ Meſſa
hala tn̄ quaſi totaliter de magnis effectib⁹ ptractat. Sed dorotheus ꝛ aomar
ꝛ ſergi⁹ paucas regulas ſed notabiles ponūt: de eclypſib⁹ vero ꝛ magnis cōiū-
ctionib⁹ nihil dicūt. Linconieñ. etiā ꝛ alij moderni ſm dignitates planetarum
eſſentiales ꝛ accidētales ſolū de aeris mutatione iudicāt. Et ſic diſcurrēdo p
oēs nullus de tēperie aeris ſufficient̄ loquit̄. Quid ergo mirū ſi min⁹ mihi peri
to illud accidit cui⁹ ſilr taz peritis aſtronomis eueniſſe cognoſcit̄ ſed hec hacte
nus de plogo. Iā ad tractatū accedo q quadragita capitula cōtinebit.

Primū capitulū de generalis diluuij preſignatione.
Secundū de natiuitatis xp̄i figuratione.
Terciū de magni anni declaratione.
Quartū de annoꝝ fridaricoꝝ diſtinctione.
Quintū de etatum mundi breui recapitulatione.
Sextum de annoꝝ mundi varia numeratione.
Septimū de cauſis erroꝝ in annoꝝ mundi computatione.

ab eis. Poſt ebdomadā vero tp̄is q̄n cōprehenderint ciuitatē Joppem: mittet dn̄s vnum ex principibus milicie ſue: ⁊ percutiet eos in vno momento tp̄is Octauū p̄ambulū erit q̄ poſtea deſcendet rex romanoꝝ ⁊ morabit̄ i irl'm ſeptimana tp̄is ⁊ dimidia qđ eſt. 10. annis ⁊ dimidio: ⁊ tūc appebit fili⁹ p̄ditionis.

De antixp̄i ortu ⁊ fine ⁊ cōſumatione ſeculi.

Hic aūt antixp̄s p̄ditionis filius: vt ibidem Methodius ſubdit naſcet̄ in Coroſani: ⁊ nutriet̄ in bethſayda: ⁊ regnabit in capharnaum. Cum vero apparuerit antixp̄s. aſcendet rex romanorum ad locū vbi pro nobis xp̄s mortē ſuſtinuit: ⁊ tollet coronā de capite ſuo: ⁊ ponet eam ſuper crucem: ⁊ tradet regnū xp̄ianoꝝ deo patri. Et cum exaltabit̄ crux in celum ſurſū: tradet ↄtinuo ſpūm ſuum rex romanoꝝ. Et tunc deſtruet̄ omnis principatus ⁊ poteſtas: vt maniſeſtius appareat filius p̄ditionis. Erit aūt hic de tribu dan ſm̄ prophetiā iacob patriarche ſicut ⁊ iudas tradito: dn̄i de eadem tribu fuit. Faciet aūt ille fantaſtica ⁊ mendacia ſigna ⁊ prodigia multa ſuper terram. Et is ſeducet (ſi fieri pōt) etiā electos: ſicut dn̄s explicauit. Ingrediet̄ hic ad iheroſolimā: ⁊ ſedebit in templo dei ſicut deus cum ſit homo carnalis. Cūq̄ʒ multiplicata fuerit tribulatio dierum: non ſinet diuinitas filiū p̄ditionis aſpicere perditionem generis humani: ſed mittet famulos ſuos Helyam ⁊ Enoch ad arguendū inimicum ⁊ oſtendendū eum mendacem in conſpectu omniū gentium: quos in furore ⁊ ira interficiet. Tunc apparebit ſignū aduentus filij hominis ⁊ veniet in nubibus celi cum gloria. Et interficiet eū dn̄s ſpiritu oris ſui ſm̄ expoſitionē apoſtolicā. Tunc fulgebūt iuſti ſicut ſtelle. Impij aūt proijcient̄ in infernū. A quo nos eripiat: qui eſt benedictus deus in ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Explicit tractatus de cōcordia aſtronomice veritatis ⁊ narrationis hiſtorice a dn̄o Petro cardinali Cameraceñ. completus in ciuitate Baſilieñ. anno xp̄i 1414: menſis Maij die decima.

SEd quia de aduentu antixp̄i ſum⁹ locuti. Sciendū ꝙ methodi⁹
martir de quo in libro illuſtrium virorum meminit Hieronimus
de pricipio ⁊ cõſūmatione ſeculi multa ſcripſit que diuina reue-
latione accepiſſe dicitur: inter que aliqua cõmemorat que erunt
p̄ambula aduent⁹ antexp̄i Quoꝝ primū eſt diſceſſio al's diſſenſio
de qua in ſcđa ad Theſſalonicē. ep̄la dicit Paul⁹. Niſi venerit
diſceſſio primū ⁊c̄. ſed de hac iam breuiter aliquid tetigimus. Secundum pre-
ambulum quod poſtq̃ abſorpta fuerint plurima regna que aduerſuſ regnum
romanoꝝ confluxerant: conſurgent pro illis aduerſus romanū imperium filij
iſrahel: filij agar: de quibus Daniel predixit. Et hoc erit in ſeptimo millenario
annoꝝ mundi eo ꝙ appropinquabit cõſūmatio ſeculi: ⁊ non erit longitudo
amplius tp̄m. Hic tñ attende ꝙ ſicut dicit hyſtoria ſcolaſtica Methodius poſt
200. annos ab adam cyliades. i. etates ſeculi per millenaria annoꝝ annotauit
Tercium preambulū eſt ꝙ terrā promiſſionis propter pctā inhabitantiū in ea
obtinebūt filij iſmahel. i. ſarraceni q̃ deberet eſſe terra xp̄ianoꝝ: ⁊ hec euenient
propter iniquitates varias: ſpecialiter propter peccata ſodomie: multaq; mala
enumerat que ſuper diuerſis regnis ⁊ regionib⁹ ventura predixit. ⁊ ad hoc ap-
plicat illud ap̄li. Niſi venerit diſceſſio primū ⁊c̄. dicens ꝙ diſceſſio eſt diſciplina
vel correptio qua corripient vniuerſi habitatores t̄re: de qua diffuſe proſeqtur
Quartū preambulū eſt qđ in predicto tp̄e diſceſſionis. i. diſcipline ⁊ correctiōis
minuetur ſpiritus perfectoꝝ: ⁊ multi abnegabunt veram fidem: etiam ſine aliq̃
vi tormenti aut flagelli: ⁊ aſſociabunt transgreſſorib⁹: ſicut de his predixit ap̄ls
Et hec oīa fient vt per tribulationes probentur ⁊ manifeſtentur electi. Quintū
preambulū eſt ꝙ poſt tribulationez que fiet a filijs iſmahel ipſi iocundantes in
victorijs eoꝝ glorianteſq;: quia deſolauerunt perſidā ⁊ romaniā ciliciaz quoq;
⁊ ſiriam capadociā ⁊ yſauriam: africam quoq; vel ſciliciam ⁊ eos qui inhabitāt
proxime romaz ⁊ inſulas: ⁊ blaſphemantes dicent. Nequaq; habebunt xp̄iani
ereptionē de manibus nr̄is. Tunc ſubito exurget ſuper eos tribulatio: ⁊ exiliet
rex grecoꝝ ſiue romanoꝝ in furore magno a mari ethiopie ſuper promiſſionis
terram habitantes. Et erit rex romanorū imponens iugū ſuper eos ſepties tm̄
quantum erat iugum eorum ſuper terraz. Sextum preambulum erit ꝙ poſtq̃
indignatiō ⁊ furor regis romanorū exarſerit ſuper eos qui abnegauerunt xp̄m
erit pax ⁊ tranquillitas ſuper terraz: qualis nondum eſt facta: ſed neq; fiet filijs
vlla eo ꝙ nouiſſima eſt ⁊ in fine ſeculoꝝ: ⁊ hec eſt illa quam apoſtolus expoſuit
quia cum dixerint pax ⁊ ſecuritas: tūc eis ſuperueniet ſubitus interitus: de qua
etiam xp̄s loquitur in euangelio. Sicut in diebus noe ⁊c̄. ita erit ⁊ ī nouiſſimo
die. Septimū preambulū erit poſt illam pacē tunc reſerabunt porte aquilonis
⁊ egredientur virtutes gentium illarū quas cōcluſit intus alexander. ⁊ cōcutiet
oīs terra a conſpectu eoꝝ: ⁊ varijs crudelitatibus corrumpet: ⁊ cōtaminabitur

vnde iterū patet ꝙ ab hoc anno xp̄i. 1414. vſqꝫ ad ſtatū octaue ſpere erunt ãni 253. pfecti. His itaqꝫ pſuppotis dicim⁹ ꝙ ſi mundus vſqꝫ ad illa tp̄a durauerit qd̄ ſolus deus nouit: multe tunc et magne et mirabiles alterationes mundi et mutationes future ſunt: ⁊ maxime circa leges ⁊ ſectas: nam cū predicta coniunctione ⁊ illis reuolutionib⁹ ſaturni ad B concurret reuolutio ſeu reuerſio ſuperioris orbis id eſt octaue ſpere ꝑ quã ⁊ ꝑ alia p̄miſſa cognoſcit̄ ſectaꝝ mutatio vt in pricipio huius tractatus notatū eſt. Et plenius notauit Albumaſar libro de magnis coniunctionibus tractatu .ij. differentia vltima circa finem.

¶ De aduentu antixp̄i ⁊ eius ſecta Capitulum .lxi.

VNde ex his probab iliter concluditur ꝙ forte circa illa tp̄a veniet antexp̄s cū lege ſua vl' ſecta damnabili que maxime aduerſa erit ⁊ contraria legi xp̄i: nam licet de aduentu ſui determiato tp̄e vel momento hr̄i non poſſit humanitus certitudo: ſicut alibi declarauim⁹: tn̄ indeterminate loq̄ndo qd̄ circa illa tp̄a ventur⁹ ſit: pōt hr̄i probabilis ↄiectura ⁊ veriſil'is ſuſpitio per aſtronomica iudicia. Cum enim dictum ſit ẜm aſtronomos circa illa tp̄a fieri mutationē ſectarū: ⁊ ẜm eos poſt machometū erit aliqs potens qui legeꝫ fedam ⁊ magicā ↄſtituet. Ideo veriſil'i ꝓbabilitate credi pōt qd̄ p⁹ ſectā machometi nulla ſecta veniet niſi lex antixp̄i

¶ De ſex ſectis principalibus Capitulum .lxij.

IAm ſicut notauim⁹ in tractatu de legibus ⁊ ſectis ẜm aſtronomos: ſex ſecte principales diſtinguunt̄ ex ↄiunctione ⁊ applicatione iouis ad alios ſex planetas: quia ſi cōinngatur iupiter ſatn̄o de ſectis ſig̃t iudaicā: ſi marti ſig̃t ſuper legeꝫ caldaicā que docet adorare ignem cuius nat̄e mars eſt. ſi aūt ſoli ſig̃tur lex egiptiaca que colit militiaꝫ celi cuius princeps eſt ſol. ſi veneri ſig̃re dr̄ ſuper legeꝫ ſarracenoꝝ que tota eſt venerea. ſi vero iupiter ↄiungat̄ mercurio tunc eſt lex mercurial'r: ⁊ hanc quidã dicunt eſſe xp̄ianoꝝ. Alij aūt dicunt xp̄ianam legem eſſe ſolis. Si aūt ↄiungat̄ iupiter lune tunc erit vltima quã attribuunt antixp̄o. Utrum aūt iſta ſolidam veritatē ↄtineant non eſt p̄ntis opis diſcutere: ſed tn̄ iſta principal'r fundantur in dictis Albumaſar libro de magnis ↄiunctionibus dr̄a q̃rta tractat⁹ p̄mi: in quo tractatu q̃tuor ſunt dr̄e in quib⁹ principal'r docet qual'r aſpicitur ex parte coniunctionū apparitio prophetarū ⁊ eoꝝ qui ꝓphetiſant̄ ſucceſſorūqꝫ eorum. Huius aūt tanti aſtronomi doctrinā poſſent in hac materia reddere ſuſpectaꝫ ea que ſcribit eodē libro dr̄a vltia tractat⁹ .xxj. vbi ipſe qui erat de ſecta machometi dicit moraꝫ durationis huius eſſe .584. annoꝝ vltra qd̄ tpus eam ſatis diu duraſſe cognoſcim⁹. Et adhuc manifeſtius erraſſe videt̄: quia dicit morā legis romanoꝝ id eſt xp̄ianorum eſſe. 1460. annoꝝ qui ſunt maximi anni ſolis vltra quod tempus iam tunc multo amplius durauerat.

¶ De octo preambulis aduentus antixp̄i Capitulum .lxiij.

inter alexandrum ſecundum ⁊ cadulum epiſcopum parmeñ. Sedecimuꝫ inter gregorium ſeptimũ ⁊ anthonium vel gimbertum raueñ. qui clemens dictus eſt Decimumſeptimum fuit tempore paſcalis ſcdi. Decimumoctauũ inter gelaſiũ ſecundũ ⁊ burdinum hiſpanum. Decimumnonum inter innocentium ſecundũ ⁊ petrum leonis. Uiceſimum inter alexandrum tercium ⁊ quartũ ſciſmaticos. Uiceſimũprimũ fuit tempore ludouici de bauaria qui contra iohannem papã viceſimumſecundum antipapam petrum de corbario ordinis minoꝛuꝫ a quo ſuſcepit coronam imperij. Uiceſimũſecundũ eſt preſens ſciſma quod peius eſt ⁊ magis induratũ quolibet ꝑcedente: nullumqꝫ tamdiu ꝑſeueraſſe legitur.

¶ De magno eccleſie ſciſmate Capitulum. lix.

SEd mirandũ ſtupendũqꝫ nimis eſt ꝙ ad huius exterminationẽ ſciſmatis ſepe ⁊ multum multifarie multiſqꝫ modis laboratũ eſt et tandem licet tarde propter hoc celebratum in ciuitate piſana ſolẽne conciliuꝫ generale: nec tñ adhuc iſtud monſtruꝫ extirpari voluit. Quapropter iterum decretum hoc anno ſacrũ concilium congregandum in ciuitate conſtancieñ prouincie maguntineñ. vbi rex romanoꝝ: ⁊ vngarie rex promiſit intereſſe. Et nihilominus ſm aliquos aſtronomos prenoſticatũ eſt ex figura celi anni p̃ſentis ꝙ retrogradatio iouis in principio anni in prima domo ſignificat deſtructionẽ religionis: ⁊ pacem in eccleſia adhuc non firmari. Sed deus eſt ille vere ſapiens qui ſolus dominatꝛ aſtris: cuius ſingulari auxilio huic malo conueniens poterit adhiberi remediũ alioquin formidandum eſt ne iſtud ſit illud magnum ſciſma qđ eſſe debet preambulum aduentus antexp̄i: de quo multa ſcripſerunt ſancta Hildegardis et venerabilis abbas Joachim ⁊ quidam alij qui futura mala eccleſie quaſi prophetice preuiderũt: de quo ſciſmate ipſe apl's Paulus vbi de aduentu antexp̄i loquitur ante prophetaſſe videtur: dicens illum non eſſe venturum niſi venerit diſceſſio primum ⁊c. Quod exponunt ſapientes de diſceſſione id eſt ſciſmatica diuiſione vel ſubtractione obedientie romane eccleſie ſeu romani imperij: ſed de his iſta ſufficiant.

¶ De octaua coniunctione maxima Capitulum. lx.

TAm vero de octaua ꝯiunctione maxima loquamur quam futuram eſſe diximus: ſi deus voluerit anno ab inicio mđi. 7040 a diluuio. 4798. a xp̄i incarnatione. 1693. vel circiter. Et poſt illam erit complementum. 10. reuolutionũ ſaturnalium anno xp̄i. 1789. ⁊ hoc erit poſt dictam coniunctionem per annos. 97 vel prope: ⁊ inter dictam coniunctionem ⁊ illud complementũ dictarum. 10. reuolutionuꝫ erit ſtatus octaue ſpere circiter per annos. 25. qđ ſic patet: quia ſtatus octaue ſpere erit anno. 444. poſt ſitũ augiũ que ſm tabulas aſtronomicas ſunt adequate ad annum xp̄i. 1320. perfectum Et iđ anno xp̄i. 1764. quibꝰ annis ſi addas. 25. ſunt ãni. 1789. quos prediximꝰ

¶De his que ante complementum decem aliarum reuolutionum geſta ꝛ facta ſunt Capitulum.lvij.

SEd res alias mirabiles ac miſerabiles hic omittim⁹ q̄s eueniſſe cõſtat vſq̧ ad preſentez annum chriſti. 1414. ante complementū aliarum decem reuolutionum: quod erit anno chriſti. 1489. vel circiter. Solum enim contenti ſumus aliquid dicere de his que noſtro tempore hucuſq̧ facta referentur: maxime a tp̄e cuiuſdā maxime coniunctionis trium ſuperiorū planetarū ſaturni iouis ꝛ martis: de qua in alio tractatu diximus: quod fuit anno xp̄i. 1345. die marcij 24. in. 19. gradu aquarij vel prope: cui proxime fuerunt alie due coniunctiões ſaturni ꝛ mart[is]: vna poſt: ꝛ alia ante. vna fuit anno xp̄i. 1327. die menſis april' 31. in cancro gradu. 6. minuto. 8. Alia fuit. 1357. die menſis iunij. 2. in cancro gradu. 15. minuto. 24. He coniunctiones ſm aſtronomos magnos habuerūt effectus ꝛ precipue illa trium ſuperiorum que ſm eos ſignificauit aquarū diminutionem: ꝛ victualium defectum: et ex conſequenti peſtilentiam: ſicut poſtea docuit experientia: vnde poſt eam ſecuta eſt mortalitas quaſi vbiq̧ terrarum: que per excellentiam magna vocatur: q2 nulla tanta vix eſſe legitur. ipſa quoq̧ multorum aliorum malorū cauſa fuit quorum hucuſq̧ remanet veſtigia. Ego ſiquidez per. 5. circiter annos poſt dictam coniunctionez natus ſum: nec huius noſtri temporis mala enarrare ſufficerem peſtes: clades: prelia: ſeditiones: mirandoſq̧ ac miſerandos caſus: non ſolum ciuitatum et populorum: ſed etiam regum ꝛ principum: inter mala non eſt ſilendum hoc horrendum ſciſma quod ab annis. 36. vſq̧ hodie perſeuerat.

¶De vigintiduobus ſciſmatibus eccleſie Capitulum.lviij.

CUius aūt occaſione ſciſmatis: de alijs etiam ſciſmatibus eccleſie breuiter aliquid dicendum eſt: vnde a quibuſdam. 22. ſciſmata fuiſſe numerantur preter alias intruſiones ab imperatoribus et populo romanis factas: expulſis de roma veris pontificibus ſūmis. Primum itaq̧ ſciſma fuit inter cornelium ꝛ nouacianum. Secundum fuit inter liberium ꝛ felicem. Tercium fuit inter damaſum primū ꝛ vrſinum. Quartū inter bonifacium primū ꝛ elialium preſbiterꝫ Quintum inter ſymachū primum ꝛ laurentium. Sextum inter ſiſimū ꝛ diſcorū Septimum inter ſtephanum tercium ꝛ conſtantinum: qđ ſciſma ſi bene conſideretur multum ſimile preſenti ſciſmati reperitur Octauum fuit inter gregoriū ſecundum ꝛ ſiſimum. Nonum inter leonem quintum ꝛ chriſtoferum preſbiterꝫ Decimum inter iohannez duodecimum nobilem romanum ꝛ leonem octauū Undecimum inter gregorium quintum ꝛ iohannez placentinum. Duodecimū inter benedictum quintum ꝛ leonem predicum. Tredecimum fuerat tempore benedicti octaui. Decimumquartum tempore benedicti noni. Quindecimum

in italia: quidã tñ in alamania impabant vſq3 ad ottonem primũ qui vtrobiq3 imperare cepit.

¶ De alijs decem reuolutionib⁹ ſaturnalibus ⁊ poſtea geſtis Capitulũ.lvj.

Poſt predictas. 10. reuolutiotiones ſaturni ſecute ſunt alie. 10. et complete anno xp̄i. 1189. vel circiter: circa qd̄ tp̄s Innocentius tercius multis bonis operibus glorioſus digne cathedraʒ petri tenebat: cuius tp̄e a franc̄ ⁊ venetis capta eſt conſtantinopolis ſimiliter innumerabilis ſarracenoꝝ multitudo contra hiſpanos veniens ad patriam ſuã confuſa redijt. His diebus liuonia pro magna parte ↄuerſa eſt ad fidẽ. Anno vero pontificat⁹ ſui. 17. rome celebratũ eſt gñale ↄcilium pro ſubſidio terre ſancte: vbi etiaʒ pro ſtatu vniuerſalis eccl'ie multa vtilia ſtatuta fuerunt: vbi etiam abbatis ioachim libellum quem contra magiſtrum petrum lombardi compoſuit: damnauit. Inſuper etiam almaricũ cum ſua heretica doctrina: non tñ damnata eſt doctrina dicti abbat̄ ioachim qui in calabria floruit: plureſq3 libros vtiles ſcripſit. qui a regibus ⁊ principibus requirentibus ab ipſo de peregrinatione quam faciebant ad terram ſanctam: predixit ꝙ parum proficeret eo ꝙ nonduʒ tempus proficiendi aduenisset. hoc tp̄e impabat fridericus primus qui largus ſtrenuus ⁊ facund⁹ in oĩbus gl'oſus fuit. Tũc rex alapie cepit ediſſam ciuitatẽ que in geñ. dicitur arachi: francoſq3 ibidem captos aut morte aut ſeruitute damnauit: xp̄ianoſq3 multipl'r afflixit. His temporib⁹ ſol diu obſcuratus eſt: fameſq3 valida fuit. Eodem anno captũ eſt ſepulcrũ dñi ⁊ eius crux: ⁊ a ſalhadino ſub hoc imperatore ſanctus thomas cantuarieñ. in eccleſia ſua occiditur: ſuper cuius morte heinricus rex anglicoꝝ poſteą apd̄ papã alexandꝝ ſe excuſauit: excuſationẽq3 ſuã iuramẽto firmauit. Eodem tempore petrus comeſtor qui hyſtoriam ſcolaſticaʒ compoſuit. huius pape innocentij tp̄e inceperunt duo ordines mendicantium videlicet fratrum ſancti dominici ⁊ fratrũ ſancti franciſci. Poſt quos alij mendicantiuʒ ordines multiplicati ſunt que res magna ⁊ miranda fuit in eccleſia xp̄iana in qua prius nec mendica religio: nec religioſa mẽdicitas fuerat approbata: nec admiratõe caret: quod circa idem tempus ſub heinrico. 50. imperatore traditur tartaroꝝ dominium inicium habuiſſe: qui ſub montibuſ indie in regione que dr̄ tartara quaſi ſub aliarum vicinarum gentium ſeruitute conſtituti regeʒ fecerunt. cuius poteſtas miro et quaſi miracl'oſo modo breui tp̄e maxima facta eſt vt patet in hyſtoria tartarorum: vnde factuʒ eſt ꝙ cito poſt ſub friderico ſcd̄o imperatore qui ab auguſto primo. 95. fuit. Gens iſta tartarorum occupatis orientalibus ⁊ crudeliter ſubactis: in duo agmina ſe diuidens vngariam ⁊ poloniam intrauit vbi nobilibuſq3 vulgaribuſq3 tam viris q̄ꝫ mulierib⁹ in ore gladij exterminatis ſic terras illas maxime vngariam redegerunt in ſolitudinẽ vt pre fame valida humaniſ carnib⁹ veſcerentꝰ: ⁊ pleriq3 puluere cuiuſdã mont̄ pro farina vterenꝰ

coniunctionem maximam circiter per annos. 154. ꝛ ſic iſta coniunctio fuit qſi
media inter. 10. reuolutiones predictas.

¶De geſtis circa ſupradictam coniunctionem Capitulum. liiij.

CIrca coniunctionis tpa vltra que generaliter promiſim⁹ aliqua
ꝯtigerunt que ſpecialiter ſunt notanda: nam anno xpi. 707. tpe
ſiſinij pape maximũ ſciſma fuit. poſtea papa cõſtantin⁹ philippũ
imperatorez denunciauit hereticum: eo ꝙ ſanctorum imagines
deleuerat. deinde tpe gregorij ſcdi bonifacius epiſcopus gentez
romanoꝝ ad xpm ꝯuertit. huius tpe karol⁹ pater pipini ſaxones
debellat: alamanos ꝛ ſueuos atqꝫ barbaros vſqꝫ ad danubium ſubegit: etiã ꝛ
friſones burgundiã ꝛ lothoringiaz: ſarracenos quoqꝫ de tranſmarinis partib⁹
cum inumerabili multitudine in prouinciam venientes deleuit. Tpe leonis im
peratoris conſtantinopoli. 300000. hominũ peſtilentia perierũt. Eo tpe gens
ſarracenoꝝ totam hiſpaniã occupauit: ꝛ cum poſtea etiaz aquitaniã occupare
voluiſſet: karolus marcellus plus ꝙ̃. 300000. deleuit. Poſt dictã vero coniun-
ctionem circa annum. 738. conſtantinus quintus filius leonis imperatoris qui
contra imagines dei ꝛ ſanctoꝝ bellum indixerat: paternam pietatem ſecutus:
conſentiente ſic anaſtaſio conſtantinopolitano falſi nois patriarcha: vocata
ſinodo omnes imagines xpi ꝛ ſanctorum mandauit deponi: ꝛ ſic eccleſiaz dei
perſequitur: vt etiam veſaniam dyocleciani tranſcendere videret. His tpibus
imperator conſtantinopolitanus fere ſolo nomie imperabat: quia in oriente ꝛ
meridie quaſi totum principes ſarracenorum occupauerant: a quibus xpiani
multam perſecutionem ſuſtinebant.

¶De geſtis poſt dictas reuolutiones Capitulum. lv.

SEd ꝛ alijs omiſſis que poſt dictã ꝯiunctionez ſecuta ſunt: de his
proſeqmur que cõpletis. 10. pmiſſis reuolutionib⁹ ſaturnalibus
contigerunt. Igitur circa annũ. 889. ſub formoſo papa magnũ
ſciſma multaqꝫ eccleſie alteratio fuit ex eius pmotione ſubſecuta
Circa hoc tps gens vngarorum a ſicilia egreſſa in pannoniam
primitus venit: ꝛ inde reiectis incolis ibi vſqꝫ hodie pmanſit hec
gens illo tpe adeo inculta fuiſſe narratur vt carnibus crudis ad cibũ: humano
vero ſanguine vteretur ad potũ: quemadmodũ phalangi faciunt. His tpibus
arnolphus impator normanos qui gallia vaſta a lothoringiam ꝛ dardamam
inuadebant incredibili plaga pſtrauit. tunc cepit iugum normanoꝝ et dacorũ
ceſſare: qui. 40. annis galliam vaſtauerunt. demũ idem arnolphus longa infir
mitate tabefactus: nulla medicinali arte potuit adiuuari quin a pediculis ꝯſu
meretur: cui ſucceſſit filius eius ludouicus: ſed ad coronaz imperij non ꝑuenit
vnde ipſe fuit finis imperij quantũ ad poſterioritatẽ karoli culpis exigentibus
quia ecclas ꝙs pres eoꝝ ꝯſtruxerant nõ fouebãt ſed potius diſſipabãt. poſtea
erepto imperio a francis italici cepert impare: diuiſuqꝫ fuit imperiũ: qꝛ quidã tñ

autem que circa hoc tps contigerūt: narrant hyſtorie ꝙ phocas qui imperauit anno xp̄i.652.grauiſſima bella aduerſus regez perſarū exercuit:quib⁹ romani fortiter debellati plurimas prouincias ⁊ ipſam iheroſolimā diuiſerūt. Poſtea etiam anno xp̄i.663.anno imperij eraclij coſdroe rex perſarum multā partez R.P.romane cepit:deuaſtauitq̃ iheroſolimaz:⁊ venerabilia loca incendit:et multos captiuos in perſidez duxit cum p̄cioſo ſancte crucis ligno. Sed anno eiuſdez eraclij.12.coſdroe ab eo interemptus eſt:⁊ populus xp̄ianus cū ſancta cruce a captiuitate reuocatus. Circa idem tempus machometus propheta ſarracenorum ſurrexit:⁊ ſectam ſuam pernicioſiſſimam introduxit. Sarracenos vero ⁊ arabes qui hactenus ſub regno perſarum fuerant:eraclius deuictos romano ſubiecit imperio:multa quoq̃ magna ⁊ miranda poſt huius ſecte introductionem contigerunt de quibus tranſeo gratia breuitatis.

¶ De ſeptima coniunctione Capitulum.lij.

Iam vero de ſeptima coniunctiōe maxima tractandū eſt quaz diximus fuiſſe anno mundi.6080.a diluuio.3838.vel circiter Et hoc anno poſt incarnationem xp̄i.735.vel prope:⁊ ante eā circiter per.100.annos incepit ſecta machometi ꝑ quā poſtea multa populo xp̄iano peruenerunt detrimenta:de quibus ad hyſtorias remititmus. Circa huius ꝯiunctionis tempora poſt illas ſupradictas decem aliaſq̃ plures imperatorum ⁊ regum paganorum in xp̄ianos ꝑſecutiones ſecute ſunt alie periculoſiores hereticoꝝ plurimorum ⁊ maxime arianorum:ex qua ariana hereſi predicta machometi ſecta tanq̃ ex radice ramus preceſſit ſicut docent hyſtorie: de quib⁹ hereſibus xviij. de ciuit. dei li. ita ſcribit beatus Aug⁹. Uidens autem dyabolus templa demonum deſeri ⁊ in nomen liberantis mediatoris currere genus humanum hereticos mouit qui ſub vocabulo xp̄iano doctrine reſiſterent xp̄iane:⁊ poſtea ſubdit. Inimici enim eccleſie quolibet errore cēſentur:vel malicia deprauent̄: ſi accipiunt poteſtatem corporaliter affligendi:exercent eius patientiam:ſi tantūmodo male ſentiendo aduerſantur exercent eius ſapientiam. Et multa no/notanda ſubiungit que hic inſerere huius operis breuitas non permittit.

¶ De decem reuolutionibus a tempore machometi Capitulum.liij.

Sed ſicut ſupra promiſimus iam ab illo pſeudo propheta machometo vſq̃ ad nr̄a tempora per ſupradictas ſaturni reuolutiones computabimus ⁊ eis notabiliora hyſtoriarum geſta que illoruz temporibus contigerunt applicare curabim⁹. Sciendum eſt igit̄ ꝙ completis.10.reuolutionibus ſupradictis que fere.33.annis ante aduentū machometi terminate ſunt vt premiſſum eſt cōputando pro earum complemento pro alijs.10.reuolutionibus ſequētibus.300 annos manifeſte patet ꝙ anno xp̄i.889.vel circiter he.10.reuolutiōes cōplete ſunt:⁊ hoc fuit poſt aduentū machometi per ānos.267.vel prope:⁊ poſt dictā

Et a xpi incarnatione vſq; ad dyoclecianum fuerunt anni.283.menſes.7.dies 29.⁊ ita per ãnos circiter.5.ante complementũ aliarum.10.reuolutionũ venit dyoclecianus a quo poſtea lex vel ſecta paganorũ q̃d annis roborata et quaſi renouata eſt per legis xpianorum perſecutionez que ab ipſo dyocleciano facta eſſe dr̃:nam ſicut recitat Aug⁹.xviij.li.de ciui.dei.Quidam primã pſecutionez computant que facta eſt a nerone:ſecundam a domiciano:terciam a troiano: quartam ab anthonio:a ſeuero quintam:ſextam a maximo: a decio ſeptimaz octauam a valeriano:ab aurelio nonam:decimã a dyocleciano ⁊ maximiano veruntñ ibidem oſtendit beatus Aug⁹ q̃ ante neronem ⁊ in xpo ⁊ in ſuis aplis et diſcipulis graues perſecutiones preceſſerunt que inter alias decem minime numerant̃. Poſtea inſuper iulianus adeo eccleſiam perſecutus eſt q̃ xpianos liberales lr̃as docere vel diſcere vetuit.ſed etiaz valens ſupradicti valentiniani frater arrianus magna pſecutione per orientis pr̃es catholicã vaſtauit eccl'am Preterea rex gothoruz in ipſa gothia perſecutus eſt xpianos crudelitate mirabili:ideo Aug⁹ improbat illorum opinionem qui dixerunt poſt illam decimaz perſecutionem dyocleciani non amplius eccleſiam paſſurã perſecutiones vſq; ad tempus antixpi:vnde concludit q̃ non videtur eſſe diffiniendus numerus perſecutionum quibus exerceri oportet eccleſiam: inter has tñ perſecutiones: merito fuit numeranda illa dyocleciani perſecutio quaz in xpianos crudeliter exercuit:⁊ forte tunc inualuit illa lex vel ſecta quam eſſe apud paganos Albumaſar ſuperius deſignauit.

## De ſecta ſarracenorum Capitulum.lj.

SEd adhuc cõſiderare conuenit:quia ſicut idem ait. Poſt illam ſectam completis alijs decez reuolutionibus venit machomet⁹ videlicet poſt dyoclecianũ per ãnos.338.vel circiter: cuius ſectã non ſolum deſignauer̃t reuolutiones predicte:ſed etiam quedã precedens cõiunctio:de qua dicit Alkabicius differẽtia quarta q̃ inter annum coniunctionis que ſignificauit ſectã ſarracenoꝝ ⁊ inter annum alhegera.i.ſeditionis vel ſeductionis machometi qui fuit prim⁹ annus annoruz arabum:fuerunt.52.anni ſolares ⁊.57.dies: ⁊ fuit aſcendens anni cõiunctionis predicte ſecte ſignum geminoꝝ: ⁊ peruenit profectio eiuſdẽ ad virginem. Primus ergo annus machometi:ſiue primus annus arabum: ⁊ ante annos arabũ trãſierunt anni xpi.621.menſes.6.dies.15.ſicut in tractatu de vero tytulo lunari notauimus:⁊ in hoc ↄcordãt tabule alfoncij:vnde ex his ⁊ alijs ſupradictis patet cuilibet legittime calculanti q̃ poſt.10.reuolutiones p̄dictas venit machometus poſt ãnos circiter.33.⁊ huic ↄcordant ere dyocleciani:⁊ ere arabũ que ſunt anni.337.menſes.10.dies.16.ſm alfonciũ:a quib⁹ ſubtrahas.5.annos quibus ante complementũ.10.reuolutionũ dyoclecianuz veniſſe diximus:remanent.32.ãni perfecti ⁊ vnus annus incompletus.De his

De lege xpianorum. Caplm. xlix.

Sed prius cõſiderandũ eſt id quod ſupra recitauimꝰ poſt alexandrũ circiter alijs. 10. reuolutionibꝰ cõpletis apparuiſſe ihm xpm filiũ marie cũ ꝑmutatione ſecte. Hoc eni poſt dictas reuolutiones cõpletas factũ fuiſſe poſt annos circiter. 11. Manifeſte patet qꝛ ſm Alfontium ere alexandri magni ꝛ incarnationis xpi ſunt anni. 3 11. menſes. 3. dies. 2. vnde clare ſequitur ꝙ albumaſar libro p̄allegato vbi de his reuolutiõibꝰ loquit̃ errauit in hoc ꝙ inter alexãdrũ ꝛ xp̄m bis. 10. reuolutiones numerauit: dicens ꝙ poſt apparitionẽ alexãdri cõpletis. 10. reuolutionibꝰ apparuit acelaſer filius belquẽ qui reddit vim perſis: ꝛ poſt alias decẽ reuolutiones apparuit iheſus filiꝰ marie. Nec tamẽ ex hoc exiſtimãdũ eſt ꝙ lex xpi ex hmõi reuolutionibꝰ aut alijs legibus aſtrorum dependeat quo ad ea que diuine ꝛ miraculoſe virtutis ſũt ꝛ oĩno nature vires excedunt. Sed iſta ad ſanũ intellectũ referenda exiſtunt: ſicut in tractatibꝰ de legibus ꝛ ſectis. Et de cõcordantia theologie ꝛ aſtronomie pleniꝰ declarauimus. Nec eſt ſub ſilentio tranſeunduz ꝙ circa huiꝰ benedicte incarnationis ꝛ xpiane legis tp̄a multa notãda cõtigerũt: ad q̃ p̄dicte cõiunctiones ꝛ reuolutiones habere potuerũt aſpectũ. Nã romanũ imperiũ qđ pauloante iulij ceſaris tempꝰ inceꝑat: tũc octauiani auguſti ſuccedẽte imperio incrementũ accepit fuitq; in maxima ꝓſperitate ꝛ pace: iuxta illud euãgelij. Exijt edictum a ceſare auguſto vt deſcriberet̃ vniuerſus orbis. Sed ꝛ nõ multo poſt tp̄e aduerſarioꝝ xpi. i. iudeoꝝ. Sub veſpaſiano ꝛ tyto facta eſt mira ſubuerſio. Et priꝰ ſub nerone: poſtea vero ſub pluribus alijs imꝑatoribꝰ fuit xpianoꝝ horrenda ꝑſecutio que tñ quãto maior fuit tanto xpiane legi maiora p̄buit incremẽta.

De diocleciano ꝛ ꝑſecutionibꝰ xpianoꝝ. Caplm. l.

Adhuc aũt cõſideratione dignũ eſt: ad quod de alijs. 10. reuolutionibꝰ ſuccedẽtibus addidit albumaſar videlicet ꝙ quãdo ille cõplete ſunt veniet lex que eſt inter paganos ꝛ nazarenos. Sane que ſit illa lex vel ſecta ex noſtris hiſtorijs ꝛ cronicis nõ plene intelligo. Cũ inter paganos quo ad dei cultuz nulla proprie ſit lex vera ſed ſola erranea ſecta idolatrie. Que longe ante p̄ceſſit verũ eſt tamen ꝙ Iſidorus. viij. li. ethimo. ca. v. vbi quot ſunt ſecte hereticorũ: ꝛ vnde nomina acceperũt determinat. De nazarenis ſeu nazareis ita ſcribit. Nazarei dicti ſunt quia xpm dñm qui nazarenus dictus eſt: filium dei confitentur omnia tamẽ veteris legis cuſtodiũt. Poſſumus ergo dicere ꝙ forte hãc ſectaz aliqui ex paganis ſecuti ſunr: vel ꝙ inter paganos aliquis eam ſeruandaz eſſe ſuaſit. Utrum aũt hoc verum ſit vel quo tp̄e fuerit: id ex ſcripturis certis nõ habemꝰ. Ideo circa hec nihil affirmare p̄ſumimꝰ. Sed ſciendũ eſt ꝙ expletis ab alexnadro. 10. reuolutionibꝰ poſt annos. 11. menſes. 3. dies. 2. venit chriſtus.

regni perſarum: ⁊ circiter poſt alios. 10. reuolutiones completas apparuit iheſus filius marie cū ꝑmutatione ſecte. Et quando cōplete ſunt. 10. alie: venit meni cū lege que eſt inter nazarenos ⁊ paganos. Et poſt decē alias venit machometus. Et illud forte eſt ante complementū. 10. vt in reuolutione nona vł poſt in vndecima. Et illud eſt ſm quātitatē eius quod exigunt coniunctiones ꝑmiſſe que ſunt fortiores iſtis reuolutionib⁹. Et ſilr mutat̃ hoc citius vel tardius ſm proprietates planetarū dominantiū regnis diuerſis: vt Saturn⁹ dominatur indie: iupiter babilonie: mars thracie: ſol romanis ⁊ imperio: mercuri⁹ egypto: luna aſſyrijs.

## De declaratione ꝑmiſſoꝝ. Cap. xlviij.

QUartũdecimũ verbũ. Magnarũ cõiũctionũ ſignificationes hic cõueniẽs eſt breuiter explicare. Nã cũ dicat ptolome⁹ vbi ſtatim allegatũ eſt quod in illis. 120. ɔiũctionib⁹ eſt maior ſcia eoꝝ que fiunt in hoc mũdo: tñ magnas cõiũctiones quas ꝑdixim⁹: reperim⁹ maioris efficacie fuiſſe ad maiores mutationes in hoc ſeculo factas. Nã cõiũctiones illoꝝ ſuperioꝝ planetaꝝ. ſicut ait meſſahali ſignificãt res maximas: ⁊ maxime mirandas ꝑpter tarditatẽ mot⁹ eoꝝ Et i hoc cõcordãt oẽs aſtronomi. q꞉ nũqꝫ fuit aliqua iſtarũ cõiũctionũ: ſine aliqua magna ⁊ notabili mutatione ĩ hoc mũdo. Quib⁹ cõcordat ariſtoteles in libro de nã ⁊ ꝓprietatib⁹ elemẽtoꝝ. vbi ait. Qꝫ anni vbertas ⁊ ſterilitas fiunt per ſtellarũ ꝑmutationẽ in ſignis diuerſis ſup climata ſeptẽ. Et mortalitates gentiũ ꝑteritarũ: ⁊ regna vacua fiũt apud cõiũctionẽ ſtellarũ duarũ ſatnĩ ⁊ iouis: ꝑ eoꝝ eni ꝑmutationẽ de triplicitate ad triplicitatẽ accidunt accidẽtia magna Sed in ſpãli loquendo de cõiũctione maxima triũ ſupioꝝ dicũt aſtronomi ꝙ ſi illã aſpexerit ſol: illa ſignificat nouas ſectas ⁊ regnoꝝ mutationes ⁊ deſtructiones aliquoꝝ climatũ ꝑ magna ꝑte ⁊ ſignificat ꝓhiam. Et ſi iſti tres planete cõiũcti fuerint in caſib⁹ ſuis ſignificabit ſiccitatẽ ⁊ ſterilitatẽ niſi ſint fortunati vt innuit Albert⁹ in de natura ⁊ ꝓprietatib⁹ elemẽtoꝝ: Et euenit effect⁹ ẜm cõueniẽtiã fortitudinis eoꝝ: vñ ſi fuerit illa cõiũctio ĩ ſigno igneo ſignificabit terre ſterilitatẽ. Si ĩ ſigno aqueo: pluuiarũ mľtitudinẽ. Si ĩ ſigno aereo: vẽtorum fortitudinẽ. Si ĩ ſigno terreo: frigoris ſupfluitatẽ. Et ſi fuerit cõiũctio in ſignis maſculinis: ſiĝt decremẽtũ aĩaliũ maſculinoꝝ. De cõiũctione ỽo maxima ſaturni cũ ioue ĩ pĩcipio arietis dicũt ꝙ ſiĝt res ſectarũ nouarũ. Et ſi iupit̃ fuerit fortior ſignificabit bonũ. Et ſi ſaturn⁹ fuerit fortior: ſignificabit maximũ decremẽtũ ⁊ tribulationes. Et ſi illa ɔiũctio fuerit ĩ ſignis igneis: ſiĝt terre ſiccitatẽ ⁊ ſterilitatẽ: ⁊ ſil'r fit ĩ ſignis aereis: ſed ĩ ſignis aquaticꝰ ſiĝt inundationẽ aquaꝝ ⁊ peſtilẽtiã niſi fuerit impediti. De ſignificatiõe aũt illaꝝ ɔiũctionũ tranſeo gra

Quia ergo predicti anni perſici minores ſunt annis romanis. Ideo a diluuio vſq ad xp̄m plures numerant q̄ romani: videlz plures de duobus annis vno menſe. 17. dieb⁹ minutis obmiſſis. Qđ ſic patet ſm Alfonſum: quia dr̄a diluuij z regis alfonſi ſunt anni romani. 4353. menſes. 3. dies. 12. minuta. 45. Dr̄a vero incarnationis xp̄i z regis alfonſi ſunt anni romani. 1251. menſes. 5. nihil in dieb⁹ minuta. 15. Et ſic ſubtracto minori de maiori remanēt a diluuio vſq ad xp̄m anni romani. 3101. menſes. 10. dies. 12. minuta. 30. Ex quibus patet ꝙ cum Beda ponit ab adam vſq ad xp̄m. 5200. annos vno minus ſubtractī inde. 2242. annis quos ponunt. 70. vſq ad diluuiū remanēt ſm Bedam a diluuio vſq ad xp̄m anni. 2957. Et ſic diſcordat computatio alfonſi z excedit alfonſus Bedam de annis. 143. vel circiter. Et adhuc minus diſcordant ab alfonſo illi qui vltra computationē Bede ponunt. 11. annos vt Iſidorus vel vt alij. 24. vel. 29. vel. 39. ſicut ex ſupradictis patet. Cum vero Uincentius ponat ab adam vſq ad xp̄m ſm computationē hebraicaz annos. 3963. patet ꝙ ſubtractis inde annis. 1656. quos ponit pro prima etate vſq ad diluuiū remanēt ſm eius computationē a diluuio vſq ad xp̄m anni. 2307. Et ſic diſcordat a cōputatione alfonſi que dictā computationē excedit de annis. 795. vel circiter. Et dixi circiter propter fractiones quas hic omitto exprimere. Unde manifeſte patet ꝙ computatio Bede quā ſequit̄ eccleſia multo magis propinqua eſt computationi alfonſi: videlicet de annis. 654. vel circiter. Quapropter videtur melius eſſe ſequenda q̄ computatio vincentij. Maxime quia facilius poteſt concordari cum computatione alfonſi per modū ſupra tactuz videlicet per ſynodochen: quia Beda annos integros ſine fractionibus numerat. Alfonſus vero annoꝝ fractiones non omittit. Quia ergo aſtronomice conſiderationes que motus z coniunctiones octaue ſpere ſtellarū z planetarū demonſtrant: in talibus computationibus debent (ut videt̄) obtinere principatū. Ideo alfonſi computationē ſequar in ſequētibus cōſiderationibus: que erunt de magnarū cōiunctionū temporibus.

TErciūdecimū verbū. Ad annoꝝ mūdi computationē volētibus magnaꝝ tp̄a cōiunctionū adaptare: opus eſt cōiunctionū dr̄am precognoſcere. Sciendum eſt igit̄ ꝙ ſm aliquoꝝ modernoꝝ aſtronomoꝝ opinionē duplex eſt planetarū coniūctio. Una eſt ſuperior que eſt triū planetarū ſuperioꝝ: Et alia inferior que eſt quatuor inferioꝝ planetaꝝ. Coniūctio vō ſupior eſt quadruplex maxima: maior: minor z media. Cōiunctio maxima eſt quādo cōiūgunt̄ tres planete ſuperiores. ſ. ſaturnus: iupiter z mars. Cōiūctio maior eſt ſaturni cum ioue. Minor iouis cū marte. Media ſaturni cū marte. Magna autē cōiūctio eſt ſaturni z iouis in pricipio arietis que fit i. 960. annis ſemel. Et ſm albumaſar z aſtronomos antiquos dicebat̄ maxima: vt notaui in tractatu de legibus



x Gerson ?

excedit annis. 1236. Poſtea vero ſubiungit Uincentius ꝙ ſi maiorem illum
numerum proſequi volueri mus ⁊ iuxta librum iudicū ab exitu de egipto vſqꝫ
ad edificationeꝫ templi. 600. annos numeramꝰ: ⁊ inſuper in regno Amon regꝭ
iuda. 12. añnos quorum. 10. tantum apud hebreos habentur: computatis his
omnibus inueniemus ab inicio mundi vſqꝫ ad natiuitatem dñi ſm Bedā quē
ſequitur eccleſia. 5199. ānos: vnde verſus. Unum tolle datis ad milia quinqꝫ
ducentis. Naſcenti dño tot dat Beda a prothoplauſto. Nec mirandum eſt ſi
hec Bede computatio adhuc ab eccleſia obſeruetur: qꝛ longe anteqꝫ hebraica
Hieronimi tranſlatio in vſu eccleſie haberetur non ſolum Beda: ⁊ illi hyſtorio
graphi quos xp̄iani vt dictum eſt inſequuntur: ſed oēs catholici doctores tam
greci qꝫ latini iuxta tranſlationem. 70. annorum computationeꝫ obſeruabant:
vnde illam etiam ſequitur Augꝰ. ij. de ciui. dei vbi ait ꝙ ſexti millenarij annoꝝ
mundi poſteriora ſpacia ſuo tp̄e voluebantur: vbi incidenter notandum eſt ꝙ
Augꝰ ibidem non aſſertiue vt quidam crediderunt: ſed ſolum recitatiue ponit
illam opinionem que dicebat ꝙ primeuam creationeꝫ ideo diſtinxit deus per
ſex dies vt ſignificaret ꝙ omnia que per totam durationeꝫ ſeculi huius facere
diſpoſuerat in ſex annoꝝ millenarijs adimpleret hanc ſiquidem opinioneꝫ in
pluribus locis ⁊ ſpecialiter vt ſupra dictum eſt in fine libri de ciuitate dei aſſer
tiue repellit. Aliam quoqꝫ in tytulo pſalmi ſexti illorum videlicet qui aduentū
dñi ad iudicium poſt. 7000. annorū ab adam futurum crediderunt vt ſeptem
milia annorū tanqꝫ ſeptem dies tranſeant: deinde illud tp̄s tanqꝫ dies octaua
adueniat. De talibus aūt coniecturis quid catholice tenendū ſit dudum ſatis
probabiliter explicaui in quodaꝫ ſermone de aduentu dñi ſup verbo. Scitote
quoniam prope eſt regnum dei: ſed his omiſſis ad propoſitum redeamus.

VErbum. 12. ad annoꝝ mundi computationem expedit aſtrono-
micam ꝯſiderationem adaptare. Hoc aūt videtur fieri poſſe per
tabulas aſtronomicas a diluuio circa ſed non ſupra: qꝛ de ſuperi
oribus ānis vt ab Euſebio ⁊ Oroſio predictū eſt nulli gentiles hy
ſtoriographi aliquid tradiderūt: quare nec aſtronomi de illis ta-
bulas ediderunt: ſed illos annos ex ſola diuine hyſtorie reuelatione ſuſcepimꝰ
licet quidam iudei aſſerant tabulā aſtronomicā per quam cōiunctiones ſolis
⁊ lune calculāt Moyſen tradidiſſe. Dico igitur ꝙ a diluuio citra poſſunt aſtro
nomi annos mundi certificare: qa a radice certa ⁊ cra ſumunt ſue ꝓgreſſionis
inicium: nam ſm tabulas Alfonſi differētia diluuij talis fuit ad incarnationē
chriſti ꝙ eam preceſſit per annos. 3103. cum. 11. menſibus ⁊. 29. diebus. Hi
autem ſunt anni ꝑſici qui paulominus minores ſunt annis romanis: quia ꝑſe
ſuum annum ex. 365. diebus pretermiſſa quarta diei parte affirmant cōſtare:
quare manifeſtum eſt non idem inicium ſumi anni in vna temporis parte ſicut
apud latinos ⁊ grecos poteſt inueniri: ſed circulariter per tp̄m deduci ſpacia.
eorum quoqꝫ menſes. 30. continent dies preter octauum qui continet dies. 35

xp̄i ſm̄ libꝛ Oroſij. 5199. vel ſm̄ alios. 227. vl'. 24. Ex quib⁹ patet ꝙ tota diſſo
nantia inter p̄dictos catholicos ſcriptores de annis ab adā vſq ad xp̄m eſt de
29. vel. 30. ānis aut circiter: q̄ videret̄ facil'r poſſe ɔcordari per vnū modū quē
tangit mgr̄ hyſtoriarū in fine li. Regū ad determinandū ɔrietates q̄ emergūt
de colloatione regū iuda ꝛ regum iſrl' videlicet ꝙ h⁹modi varietates ꝛ alie pn̄t
determinari per ſinodochē: hoc eſt qꝛ illi qui plures annos ponunt numerant
partē pro toto ponentes qn̄q annos incōpletos pro annis cōpletis ꝛ ꝑfectis.
Cuius ſignū eſt qꝛ obmittūt annoꝝ fractiōes ſicut dies menſes q̄rtas ꝛ tercias
ac medietates annoꝝ. Ubi aūt eſſet tanta annoꝝ differentia ꝙ per hunc vel ꝑ
alium rōnabilem modū non poſſet ɔuenienter ɔcordari ſicut idē ait hoc vicio
ſcriptoris credendū eſt accidiſſe qui in ꝓprijs noibus ꝛ numeris ſepe falluntur
ꝛ idem docuit Aug⁹. xv. de ciuit̄. dei. Prima inquit diuerſitas numeroꝝ aliter
ſe hn̄tium in codicibus grecis ꝛ latinis aliter in hebreis ſcriptoꝝ tribuat̄ errori
Et poſtea ſubdit ꝙ cū diuerſum aliquid in vtriſq codicib⁹ inuenitur qn̄quidē
ad fidem rerum geſtarū vtrūq eſſe non poteſt verū ei lingue potius credatur:
vnde in aliā per interpretes facta eſt tranſlatio. Hec igitur de latinis ānorum
ſcriptoribus dicta ſufficiant. Sequitur de hebreis.

VErbum. ii. de ānis mōi vtile eſt computatōꝫ hebraicā annotare
hanc computatōꝫ diffuſe ꝓſecutus eſt Uincentius in ſpeculo hy-
ſtoriali cuius dicta breuiter recolligā. Anno igitur. 600. vite noe
inundauer̄t aque diluuij: ab inicio aūt mundi. 1656. ꝛ ibi prima
etas mōi termīata eſt q̄ſi infantia obliuioni data. Anno v̄o ſcōe
etatis. 222. mōi vero. 1878. genuit nachor filiū ſuū thare in quo
terminat̄ ſcōa etaſ que tn̄ vſq ad ortū abrahe extenditur. i. vſq ad annū thare
70. ſic ſcōa etas hūit ānos. 292. ſic ꝙ ab inicio mōi vſq ad ortū abrahe fluxer̄t
anni. 1948. ꝛ hoc ſm̄ veritatē hebraicā: ſm̄ vero. 70. longe plures. Ab abrahā
aūt vſq ad regnū dauid fuit tercia etas hn̄s annos. 940. in cui⁹ principio regni
incepit q̄rta etas: non vt quidā dicunt pro regni iudeoꝝ inicio cū inchoaſſet a
ſaule: ſed pro inouatione ꝓmiſſionis olim plurib⁹ facte de xp̄o ꝛ regno xp̄iano
Siquidē iurauit dn̄s dauid veritatē de fructu ventris tui ponā ſup ſedem tuā
Et habuit hec etas annos. 485. vſq ad vltimā captiuitatem iudeoꝝ: ab adam
vero. 3373. igitur ab inicio captiuitatis que iuxta ꝓphetiam Jeremie. 50. ānis
ꝑſeuerauit etas quinta exordium habuit que ɔtinet annos. 500. ꝛ circiter. 90.
que ad xp̄m terminata eſt. Ex quibus oībus ab adam vſq ad natiuitatem xp̄i
vbi incepit ſecunda etas colliguntur anni. 3963. et hoc ſm̄ Uincentium qui vt
aſſerit ex diuina hyſtoria iuxta beati Hieronimi tranſlationē annoꝝ numerū
computauit: veruntamen vt idem ait. Ante abrahe tempora tam ante diluuiū
q̄ȝ poſt: multo plures in editione. 70. leguntur q̄ȝ in noſtra reperiantur. Et hoc
patet ex ſupra allegatis ab Euſebio Oroſio ꝛ Jſidoro qui antiquam tranſla-
tionem ſecuti ſunt quorum computatio predictam hebraicā computationem

VErbum. 10. diſſonantiaz opinionū de annis mundi vſqꝫ ad xp̄m
expedit recitare: nā vt in .ij. dubio ꝓpoſitū eſt noſtrarū hyſtoriarū
ſeu cronicaruz ſcriptores eos varie deſcripſeunt. Et inter primos
accedat ille famoſus Euſebius ceſarienſis ep̄us: cui ibidem falſe
imponitur ſex annoꝝ milia poſuiſſe: nō enim eſt ita qḋ ex p̄miſſis
manifeſte patet ꝙ ab abrahā ⁊ regno nini a quo ſuam cronicā inchoat ꝓcedit
per decades q̄s. 124. numerat vſqꝫ ad ioathan regem: deinde per olimpiades
vſqꝫ ad xp̄m qui ſm eū. 42. anno imperij auguſti natus eſt: et. 15. anno tyberij
p̄dicare orſus vſqꝫ ad qḋ tp̄s annos recolligēs ita ꝯcludit. Computant̄ inquit
anni in p̄ntem annū .i. 15. tyberij ceſaris a ſcḋo anno inſtauratōis tēpli q̄ facta
eſt ſub altero āno perſarū darij: anni. 548. A ſalomone aūt ⁊ prima edificatiōe
tēpli anni. 1060. a moyſe ex egreſſu iſrl' ⁊ egipto anni. 539. ab abrahā ⁊ regno
nini āni. 2044. a diluuio. 2986. ab adā anni. 5228. ex quib⁹ liquet intentū: ſed
poſtea vnum valde notandū ſubiungit qḋ hic incidenter inſerere dignū duxi.
Jheſus xp̄s inquit mortem paſſus eſt anno tyberij. 18. quo tp̄e etiam in alioꝝ
ethnicoꝝ cōmentarijs hec ad verbū ſcripta reperim⁹ ſolis facta defectio: bithi
nia terremotu ꝯcuſſa: ⁊ ī vrbe nicea edes plurime corruer̄t que oīa his ꝯgruūt
que in paſſiōe ſaluatoris acciderēt. Scribit vero ſup̄ his Flegō qui olimpiadaꝝ
egregius ſuꝓpotator eſt in .xiij. li. ita dicens. Olimpiade inquit. 202. magna et
excellens inter oēs qui ante eaz acciderant defectio ſolis facta diei hora ſexta
ita in tenebroſam noctē verſus vt ſtelle in celo viſe ſint terreqꝫ mot⁹ in bithinia
nicene vrbis multas edes ſubuerteret: hec ſupradict⁹ vir. Argumentū aūt hui⁹
rei ꝙ ſaluator iſto āno paſſus ſit euangeliū prebet in quo ſcribit̄ poſt. 15. annū
tyberij ceſaris tribus annis dn̄m predicaſſe. Joſephus aūt vernaculus iudeoꝝ
ſcriptor circa hec tp̄a die penthecoſtes ſacerdotes primū cōmotionem locorū
etiam quoſdā ſonitus ſenſiſſe teſtat̄: deinde ex addito templi repentinā ſubito
erupiſſe vocē dicentē. Tranſmigrem⁹ ex his ſedib⁹: ſcribit aūt ſupradict⁹ vir ꝙ
anno eodē pilatus preſes ſecreto noctis imagines ceſaris in templo poſuerit ⁊
ſtatuerit: ⁊ hec prima ſeditionis ⁊ turbarū iudeis cauſa extiterit: hec Euſebius
ſub. 202. olimpiade ſignauit. Sed vt ad id qḋ propoſitū eſt redeam⁹ ex p̄miſſis
patet ꝙ cōputatio p̄dicta annoꝝ vſqꝫ ad tp̄s predicationis xp̄i ſatis cōcordat
cū Oroſij cōputatione vſqꝫ ad tp̄s ſue natiuitatis: nam ipſe ad Aug' ſcribēs ita
dicit. A primo hoīe vſqꝫ ad ninū magnū vt dicunt regem qn̄ natus eſt abrahaz
fluxerūt anni. 3184. qui ab oībus hyſtoriographis vel obmiſſi vel ignorati ſunt
Anni aūt ab abrahā vſqꝫ ad ceſarē auguſtū .i. vſqꝫ ad natiuitatem xp̄i que fuit
anno imperij ceſaris. 42. qn̄ bella toto orbe ceſſarūt colligunt̄ anni. 2015. ⁊ ſic
fiunt anni. 5199. ab adam vſqꝫ ad xp̄m ſm Oroſiū: cui ꝯcordat Beda: ſed cum
Oroſi⁹ ⁊ Beda vltra. 5000. ponant. 200. annos min⁹ vno: fuerunt tn̄ qui vltra
200. poſuerūt annos. 24. alij. 28. Jſidorus aūt q̄ſi mediando inter iſtos ponit
ſicut ſupradictū eſt ab adam vſqꝫ ad xp̄m ānos. 5210. ⁊ ne alioꝝ computatiōꝫ
ignorare videat̄ ibidē ſubdit. Jnuenim⁹ ab inicio mundi vſqꝫ ad natiuitatem

pater poſuit in ſua poteſtate. Poſtq̃ tanq̃ in die ſeptimo requieſcet deus id ē nos in ſeipſo faciet quieſcere: et ſic ſeptima erit ſabbatum noſtrū cuius finis nō erit veſpera. De ſex predictis etatibus tractauerunt Yſidorus libro .v. ethimologiarum: et magiſter in hyſtoria ſcolaſtica: et fere omnes catholici cronicarum ſcriptores quorum plures etiã annorum ↄnotationes ānotauerunt. de quibus inter eos mira fuit opinionū varietas. Et quia primi annorum ſūmatores fuerūt .70. interpretes: deinde Joſephus Euſebius Hieronimus Proſper Oroſius Beda Yſidorus: ideo eorum opinionem hic ſcribere decreui. 70. ergo a mundi principio vſq̃ ad diluuium ſm magiſtrum hyſtoriarum .2244. annos poſuerunt. Ipſe vero Methodius .2000. qui tantum per ciliades ſecula diſponit: nec apponit annos ſi ſuperſint: et ideo nihil certum de numero annorū poſuit. Hieronimus autem non plene ponit .2000. ſed Joſephus ſm aliquos poſuit .2656. ſm tamen alios hec litera videtur corrupta iuxta illos verſus. Aurore tempus ad hoc ab adam ioſepho teſte fuerunt anni ſexcenti milia pene duo. Oroſius vero cui concordat Beda ponit in ſūma ab adam vſq̃ ad ninū regem ſub quo natus eſt abraham .3184. annos. Euſebius vero in prefatione cronice ſue quā Hieronimus de greco tranſtulit in latinum ita ſcribit. Cum diuinā ſcripturam diligenter reuolueris a natiuitate abraham vſq̃ ad totius orbis diluuium inuenies retrorſum annos .942. Item a diluuio vſq̃ ad adam .2242. in quibus nulla penitus nec greca nec barbara et vt loquar in cōmuni nulla gentilis inuenitur hyſtoria. Ex quo patet q̃ Euſebius concordat de ānis prime etatis cum .70. interpretibus niſi ſolum de ānis duobus quos vltra poſuit magiſter hyſtoriarum vt patet ſuperius quod forte ex vicio ſcriptoris factum eſt: patet inſuper q̃ cū Euſebio totalr ↄcordat Oroſius: vnde veriſile eſt q̃ ipſi ſuā computatiōẽ a .70. interpretibus receperunt. Hieronimus vero ab hebraica veritate: vnde cum Joſephus hebreus fuerit mirū videtur q̃ computationẽ Hieronimi et vnum aliorum tam abundanter exceſſerit. Ex p̃miſſis igitur manifeſtū eſt q̃ in computatione annorum prime etatis magna fuit apud ſcriptores diſſonantia. De alijs aūt etatibus non tanta: et ideo hic breuitatis cauſa pertranſeo. Contentus Yſidori computationē recitare: ipſe nanq̃ ab adam vſq̃ ad archā edificatā cōputauit annos .2242. in quo ↄcordat cum .70. deinde iungens primā et ſecundā etatẽ ab adam vſq̃ ad abrahā numerat annos .3284. in quo ↄcordat cum Euſebio et cum Oroſio: deinde ab adam vſq̃ ad dauid tres etates cōprehendens computat .4224. deinde quatuor etates vſq̃ ad tranſmigrationē babilonis .4679. deinde vſq̃ ad xp̄m in quo eſt finis q̃nte et iniciū ſexte etatis .5210. et hec de mōdi etatibus ſufficiant de quibus finaliter illud notandum eſt q̃d Euſebius in principio ſue cronice ſignanter expreſſit videlicet in hebreis etiam codicibus diſſonantes etatum annos inueniri pluſq̃ vel minus prout interpretibus viſum eſt legitari ſequendum illud potius quod exemplorum multitudo traxit.

qđ dicit idem Plinius eſſe adhuc gentem vbi .200. ānos viuitur: vnde ɔcludit Si ergo humanarum vitarum diuturnitates quas experti non ſumus hodie hr̄e credunt̄ incognita nobis loca: cur non etiaꝫ habuiſſe credant̄ tpa: an vero credibile eſt alicubi eſſe quod hic non eſt. Et incredibile eſt aliqn̄ fuiſſe quod nunc non eſt. Sed de his iſta ſufficiant: vt id qđ propoſitum eſt exequamur.

VErbum octauū. Ex p̄miſſa anni varietate: variaqꝫ acceptiōe non ꝓcedit appens diſſonātia ſeu ꝟrietas in hebreoꝝ ⁊ .70. interpretū ſentencijs: ſeu in xp̄ianorum hyſtoriographorum cronicis: ſuper computatiōe annorum a mundi origine: hoc manifeſte ſeqtur ex premiſſis: quia licet hebrei vtantur ānis lunarib⁹: ⁊ latini ſolarib⁹ tn̄ lunares ad ſolares reducūtur vt dictum eſt. Nec illorum annoꝝ differentia poteſt illorum auctorū diſſonantiam: que in annorum computatione notatur efficere: ſicut ex dicēdis inferius ɔſideranti clarius apparebit. De diſſonantia vero hebreoꝝ ⁊ .70. interpretū de qua tactū eſt non intendo ſpecialiter ꝓſequi: ſed ſolum contentari in verbo Aug. qui in libro .xv. preallegato ita concludit. Illa inquit numeroꝝ varietas que inter codices hebreoꝝ inuenitur ⁊ noſtros neqꝫ de hac antiquorū longeuitate diſſentit. Et ſi qua ita habet diuerſa vt verū eſſe vtrūqꝫ non poſſit: rerum geſtarum fides ab illa ligua repetenda eſt: ex qua interpretatum eſt qđ habemus: que facultas cum volentibus preſto ſit: non tn̄ vacat: q .70. interp̄tes ī plurimis que diuerſa dicere vident̄ ex hebreis codicib⁹ emendare auſus eſt nemo. Non enim eſt illa diuerſitas puta mendoſitas: nec ego vllo modo putandū exiſtimo: ſed vbi non eſt ſcriptoꝝ error: ad eos diuino ſpiritu: vbi ſenſus eſſet conſentaneus veritati: non interpretantiuꝫ munere: ſed prophetantium libertate aliter dicere maluiſſe credendum eſt. De diſſonantia ergo que inter xp̄ianos ſcriptores reperitur: deinceps ſolum dicturus ſum.

NOnum verbum. Ad explicandū diſſonantiam opinionū variaꝝ in computatione annoꝝ a mundi origine: diſtinctionem etatū mundi conuenit prenotare. De his aūt in plurib⁹ locis tractauit Aug⁹ in libro .iiij. de doctrina xp̄iana: in li. lxxxiij. queſtionū: in li. de cathezizandis rudibus: ⁊ ſpecialr̄ in fine .xxij. li. de ciu. dei. Has etates ſex dieb⁹ mūdane creationis adoptans ita diſtinguit vt prima etas tanqꝫ dies vnus ſit: ab adam vſqꝫ ad diluuium. Scđa inde vſqꝫ ad abraham non equalitate tpis: ſed numero generationū denas quippe hr̄e reputantur. Hinc iam ſicut Matheus euangeliſta determinat tres etates generationum vſqꝫ ad xp̄i ſubſequuntur aduentū que ſingule denis ⁊ quaternis generationibus explicant̄: ab abraham vſqꝫ ad dauid vna: altera a dauid vſqꝫ ad tranſmigrationē in babiloniam: tercia inde vſqꝫ ad xp̄i carnalē natiuitateꝫ fuerunt itaqꝫ omnes quinqꝫ. Sexta nunc agitur generationum nullo numero metienda ꝓpter id qđ dictum eſt. Non eſt veſtrum noſſe tpa vel momenta que

qui fuit antiquiſſim⁹ aſtronom⁹ hebreoꝝ. Concordant etiā canones tabularū Azarchel ⁊ Alfoncij qui docent annos perſarū hebreoꝝ ⁊ arabū ad predictā anni quantitatē reducere. Etſi annus nr̄ adhuc eſſet rectificatuſ qui non plene illā quartā partē diei ꝯtinet vt ſupra dictū ē: preciſior fieret cōputatio ſubtract̃ ſubtrahendis: ⁊ additis addendis. Sed inſuper non eſt hic ptermittenduȝ ꝙ aſtronomia p̄dicte veritati theologice ꝯcordat de longeuitate antiquoꝝ: nam vt docet Alkabicius aſtronomi poſuerūt varios ānos firdarios planetarū qui habent reſpectū ad longeuitateȝ nati videlicet maximos maiores ⁊ medios ⁊ minores. Exēpli grā anni maximi firdarici ſatni ſūt. 465. iouis. 490. mart̃. 264. ſolis. 1410. vener̃. 200. mercurij. 480. lune. 520. Ad iſtos aūt ānos null⁹ pueīt tp̄e noſtro: tn̄ fruſtra ac ſine fundamēto eos poſuiſſent aſtronomi: niſi ad eos qnq̄ȝ aliqui pueniſſent: in quo tn̄ mirum videtur ꝙ tot anni attribuunt̃ ſoli cum li. pallegato dicat Aug⁹ ꝙ plures ad. 900. ānos tranſierint: nemo tn̄ ad. 1000. puenit: ſed eſſe potuit ꝙ aliqui puenerunt quos ſcriptura ſacra minime cōmemorat: ſicut idem Aug⁹ ibidem ait. Non omnes hoīes qui tunc eſſe potuerunt ſcriptorē ſacre huius hyſtorie neceſſe habuiſſe noīare: ſed eos ſolos quos opis ſuſcepti ratio poſtulabat: videlicet eos a quib⁹ per ſucceſſiones ceterarū generationum ex vno hoīe propagatarū perueniret ad abrahaȝ: ac deinde ex eius ſemine ad populū dei ⁊ ciuitatē eius ipſiuſq̄ȝ regem ac conditorem xp̄m. Jam vo adid qđ ppoſitū eſt: de annis firdaricis redeam⁹. Anni ergo maiores ſatni ſunt. 57. iouis. 69. mart̃. 50. ſolis. 120. veneriſ. 82. mercurij. 76. lune. 108. Anni vero medij ſaturni ſunt. 43. cum dimidio: iouis. 45. cum dimidio: martiſ. 40. cū dimidio: ſolis. 69. cum dimidio: vel ſm quoſdam. 39. cum dimidio: veneris. 45 mercurij. 48. lune. 66. cū dimidio. Anni aūt minores ſaturni ſunt. 30. iouis. 12. martis. 15. ſolis. 19. veneris. 8. mercurij. 20. lune. 25. De his ergo ānis firdaric̃ dicunt aſtronomi ꝙ ſi minores aliquis tranſiuerit: ad medios puenire poterit ſed medijs tranſactis: aliqui licet pauci ad maiores ānos pueniunt: ſed poſtea declinant: que ſentencia aſtronomica theologice veritati ꝯcordat: quam libro preallegato idem Aug⁹ ita concludit. Tam magnos inquit ānos vixerunt illi antiqui vſq̄ȝ ad amplius q̄ȝ. 900. quantos poſtea vixit abraham. 170. ⁊ poſtea filius eius yſaac. 180. ⁊ filius eius iacob prope. 150. ⁊ nunc viuūt homines. 70. vel. 80. ⁊ non multo amplius de quibus dictuȝ eſt: ⁊ amplius eis labor ⁊ dolor Ad confirmationem autem ſacre hyſtorie de longeuitate antiquorum ibideȝ allegat Aug⁹ teſtimonia de magnitudinibus corporumque longe ampliores tunc fuerunt q̄ȝ nunc ſunt: vbi inducit Uirgilij auctoritateȝ qua ſignificauit maiora tunc corpora producere ſolem tellurem. Jnducit etiam experientiam de oſſibus gigantium que modū alioꝝ plurimū exceſſert̃: ſicut ipſe ſe vidiſſe teſtat̃ Jnducit pterea plinium ſcđm: q̄nto magis magiſq̄ȝ pterit ſcl'i curſus minora corpa naturā ferre: qđ etiam Homeꝝ poetā notaſſe cōmemorat. poſtea ſubdit

hyſtoricos reperitur egiptios, habuiſſe ānum. 4. menſiū: acarnanas. 6. menſiū: labinios. 13. menſiū: ꝛ ſubdit ꝙ Plinius ſcōs cū cōmemoraſſet relatū fuiſſe in terris aliquez vixiſſe: 152. ānos: alios. 10. amplius: alios. 200. annoꝝ habuiſſe vitam: alios. 300. quoſdam ad. 500. alios. 600. nōnullos ad. 800. etiā gueniſſe hec oīa in ſciētia tpm accidiſſe arbitratus eſt. Alij qppe inqt eſtate determināt annū: ꝛ alij hyeme: alij quadripțitis tpibus ſicut archades quoꝝ anni trimēſes fuerunt. Etiam adiecit qm̄ aliqn̄ egiptios quorum paruos ānos quaternorum menſiū ſupra diximus lune fine limitaſſe annū: itaq3 apud eos inquit. ꝛ ſingula milia annoꝝ vixiſſe produntur. De hac etiam annorum paruitate conformiter loqtur Solinꝰ in principio li. ſui de mirabilibꝰ mundi: ſicut allegaui in tractatu de imagine mundi in ca. de inſula taprobana: vbi per hanc annoꝝ paruitatez concordare niſus ſum quandā eiuſdem Solini hyſtoricā narrationē: cum nr̄e fidei veritate de mundi duratiōe: inſup beatus Augꝰ ibidez recitat: ꝛ reprobat quorundā opinionem qui primeue etatis hoīes tot annis vixiſſe credunt: ſicut ſacra ſcriptura cōmemorat. Sed ad hoc ſaluandum putant aliter annos illis tpibus computatos. i. tāte breuitatis: vt vnus annus noſter. 10. illos habuiſſe credat̄. Quapropter inquiunt: cum audierit quiſq3 vel legerit. 900. ānos quēq3 vixiſſe: debet intelligere. 90. Jlle ergo annus minimꝰ qles. 10. faciunt vnū nr̄m 36. hēbat dies. Ex p̄miſſis itaq3 patet ꝙ diuerſa et aduerſa de āni quantitate fuerit opinio.

SEptimum verbū. Premiſſam anni varietatez: variaſq3 diſtinctiōz oportet ad vniformē ꝛ completā anni ſolaris quantitatē reducē ꝛ in hoc theoloicā veritatez ꝛ aſtronomicā concordare: nam cuz motus ſolis ſit nobis metrum ꝛ menſura alioꝝ motuū celeſtium neceſſe eſt qualitercunq3 computetur annus apud varias gentium nationes ꝙ eoꝝ anni reducant̄ ad menſurā anni ſolaris cōpleti ꝛ pfecti. i. circuitꝰ ſolis ab vno eqnoctio in idem equinoctiū: vel ab vno ſolſticio ad idem ſolſticium: ꝛ ideo Augꝰ p̄allegato li. xv. de ci. dei predictā opinionem de paruitate annoꝝ prime etatis ita cōcludit. Prouide remouet̄ hic error qui coniectura falſa: ita vult aſtruere ſcripturarū noſtrarū fidem vt alibi deſtruat. ꝛ ſubdit. Prorſus ꝛ tantus tunc dies fuit q̄ntus ꝛ nūc eſt: quē. 24. hore diurno circulo nocturnoq3 determinant: tantuſq3 menſis quantus ꝛ nunc eſt: quē luna cepta ꝛ finita concludit. ꝛ hunc menſem lunarē ponit Augꝰ. 30. dierum: vnde videt̄ ꝙ computatio ſacre ſcripture non per menſes ſolares latinorum: ſed per menſes lunares hebreoꝝ debet attendi: cui etiam ꝯcordat computatio aſtro nomicarum tabularū. Poſtea magis ad propoſitū ſubiungit: tantus fuit tunc annus quantus ꝛ nunc eſt: quem menſes lunares: additis ꝓpter curſum ſolarē q̄nq3 diebꝰ ꝛ quadrāte. i. q̄rta diei pte cōſūmāt: ꝛ huic veritati theologice ꝯcor dat antiq̄ aſtronomoꝝ traditio: nā p̄dictā āni ſolaris q̄ntitatē docuit Abrathis.

Et cōmuniter capitur annus lunaris pro. 12. talibus lunationibuſque vocant'
menſes lunares. Hic ergo ānus lunaris minor eſt ſolari de. 11. dieb': ex quib'
creſcentibus pluries replicatis: colligitur vna lunatio: ⁊ ſic conſtituitur annus
lunaris emboliſmalis ſiue excreſcens. 13. lunationes continens. Hebrei vero
⁊ arabes vtunt' anno lunari. 12. menſiū: licet diuerſimode ordinēt ſuos menſes
⁊ varie ſuas diuidant fractiones: ſicut notaui in tractatu de vero ciclo lunari ſm
arabes. De anno aūt ſolari varie fuerunt opiniones: de quibus (vt ad ꝯcordiā
reducantur) ſciendum eſt ꝙ ſcientia de ratione anni prius fuit apud hebreos:
caldeos: ⁊ grecos. Et anteq̄ plene tranſiret ad latinos Romulus prim' rome
vrbis fundator. 10. menſes in anno ꝯſtituit: incipiens a marcio: de quo Ouidi'
in libro de faſcis Tp̄a diſtinxit tunc ꝯditor vrbis in anno Cōſtituit mēſes quoqꝫ
bis eſſe ſuo. Cuius rōnem aſſignat Qd̄ ſatis eſt vtero matr' dum ꝓdeat infans
hoc anno ſtatuit tp̄is eſſe ſatis. Aliam quoqꝫ rationem aſſignat Ouidius: ⁊ de
noībus menſiū diffuſe proſequitur: quibus non inſiſto: quia ſunt extra ꝓpoſitū
Poſtea vero numa (qui ſucceſſit Romulo) huius artis peritior. 10. menſibus
duos addidit: videlicet ianuarium ⁊ februarium: vnde ibidem dicit Ouidius.
At numa nec ianū nec auctas preterit vmbras. menſibus antiquis impoſuitqꝫ
duos. Annus ergo romuli conſtabat ex. 300. diebus: ⁊ quilibet menſis ex. 30.
diebus. Ann' vero nume ex. 354. dieb'. Sed iulius ceſar in aſtronomia edoct'
ſicut notat Lucanus contra quoſdā aſtronomos in egipto: de quantitate āni
ſolaris diſputauit: ⁊ ordinē kalendarij: ſicut ſuo tp̄e fieri potuit: ſtabiliuit: vnde
quia vidit ſolem non poſſe facere curſum ſuum in anno nume: eidem adiunxit
11. dies: et ſic conſtituit annum ex. 365. diebus integris: quibus adiunguntur
ſex hore: que in q̄tuor annis diem faciunt biſextilem: hanc tamē quartam diē
conſtantem ex ſex horis: non ponunt aſtronomi integrū: ſed minorem de ſexta
parte vnius hore ⁊ modico plus vt declaraui in principio dicti tractat' de cor/
rectione kalendarij: ⁊ magis in fine tractatus de legibus ⁊ ſectis: vbi ſatis oſdi
ꝙ p̄ciſa q̄ntitas anni nondū certificata eſt. Et dicunt aliqui periti aſtronomi
ꝙ nunq̄ eſt preciſe equalis: ſed modica differentia quantū ad p̄ſens ꝓpoſitum
pro nihilo habet'. De inicio vero āni ſolaris ſciendū eſt ꝙ ſicut numa: ſic poſtea
romani annum ſuum inceperūt a ſolſticio hyemali: quod tunc fuit in principio
ianuarij: quia tunc ſol incipit aſcendere. Romulus aūt ⁊ hebrei incipiūt annū
ab equinoctio vernali videlicet in marcio: quia in eo mundus factus fuiſſe dr̄
Arabes aūt incipiunt a ſolſticio eſtiuali: quia dicūt ꝙ ſol factus eſt in illo mēſe
Egiptij vero incipiunt ab eqnoctio autūnali: videlicet a ſeptēbri: iuxta auctorē
Geñ. Protulit terra herbam virentem: ⁊ fructum facientem iuxta genus ſuum
Autumnus aūt eſt tp̄s fructuoſum: ideo in eo debuit eſſe anni principium: ſed
non obſtantibus premiſſis: de anni q̄ntitate ⁊ eius inicio multe natiōes longe
aliter vtunt' anno: vnde Aug' de ciuitate dei narrat: ꝙ apud plures ſcriptores

cū virtute naturali virginis matris ei⁹. Et ideo videt rōni naturali cōſonū: nec
xp̄iane legi diſſonū in his poteſtati aſtronomice veritatē theologicam concor
dare. Quia in re expediēs eſſe crederē cōſiderare illā cōiunctionē maiorē: ⁊ ſe
re maximā que fuit. 24. anno Auguſti ceſaris quā dixerūt aſtronomi ſignifi
care ſup legē mecurialē futurā. Et reuoluere motus ſaturni ⁊ iouis ad temp⁹
illud: ⁊ inueniem⁹ eos fuiſſe cōiunctos p medios curſus ſuos ante natiuitatē
xp̄i p. 6. annos. 5. dies ⁊. 3. horas. Et fuit iſta cōiunctio in cancro. Et ſi fuiſſet
propinquior capiti arietis fuiſſet maxima vt dixerunt periti aſtronomi. Sicut
in dicto tractatu pleni⁹ notatū eſt. Deinde attendere cōuenit figurā natiuitatiſ
xp̄i: que poſt dictos. 6. ānos fuit videlicet. 24. āno dicti auguſti ceſaris: die tūc
25. menſis decembris. Currente numero aureo p binariū: hoc eſt in ſecundo
anno cicli decē nouelunis ⁊ in. 21. anno cicli ſolaris ſm cōpotiſtas: qđ tamen
habitū eſt: nō in experientia vel reuelatione: ſed ex tabularū compoſitione: a
poſteriori in aureū numerū reſoluendo. Hora vero dicte natiuitatis fuit circa
mediā noctem ſm vſum eccleſie: cuius p̄ciſa verificatio poteſt ſumi ex media
cōiunctione ſolis ⁊ lune in marcio precedēte die. 13. cōpleta ad meridiē irlm:
vbi puer natus eſt nobis: vt pz per tabulas de medijs cōiunctionibus ordina
tas: p quas concordant aſtronomi antiquas experiētias ⁊ modernas. Unde
ex predictis videt poſſe concludi: quod illi⁹ benedicte natiuitatis aſcēdēs erat
3. gradus libre. Cui⁹ figurā plenius deſcribere peritis aſtronomis relinquo.
In premiſſis aūt hoc notant cōſiderandū eſt: q̄ q̄cūq; inuenta fuerit hui⁹ na
tiuitatis figura: dei ſapia: humanitati xp̄i hypoſtatice vnita: bonitatē cōſtella
tionis augere potuit in meli⁹: ipſiuſq; diſpoſitionē in malū penitus ſuſpendere
maxime q2 ſtelle ⁊ planete naturaliter boni ſunt: ita quātū in eis eſt: bona intē
dunt ⁊ efficiunt: nec ad mala inclināt de per ſe: ſed ſolū per accidēs p ineptitu
dinē ⁊ inabilitatē ſuſcipientis: ſicut in dicto tractatu pleni⁹ expreſſū eſt. Ex his
ergo que dixi circa duo exempla p̄miſſa ſatis innoteſcit: que cōformiter poſſūt
dici circa plurima: que in lege hebraica ⁊ i lege xp̄iana recitant. Ex oibus etiā
ſupra declaratis ſatis patet reſponſio ad primū dubiū principale in principio
hui⁹ operis ppoſitū. Ex dicēdis aūt patebit reſpōſio ad ſecundū.

SExtū verbū. De annis ab origine mūdi nobis volentibus ptractare
diſtinctionē de varia anni acceptione expedit p̄mittere. Nā ſm Iſi
dor. v. ethimo. triplex dicit annus. Eſt enim annus lunaris. 30. die
rū. Ali⁹ ſolſtitialis vel ſolaris. 12. cōtinēs mēſes. Ali⁹ magn⁹ oib⁹ pla
netiſ in eūdē locū cōcurrētib⁹: qđ fit poſt ānos ſolſtitiales plurimos. Et de iſto
anno magno dixi i tractatu de legib⁹ ⁊ ſectis: ſed de ipo loq nō ē p̄ntis ppoſiti.
De anno vo lunari: licet q̄nq; ſumat pro vna lunatione: que eſt. 30. dierū ſm
Iſidor tū vna lunatio min⁹ continet: videlicet. 29. dies ⁊. 31. minuta diei cū
aliquib⁹ minorib⁹ fractionibus ſicut dixi in tractatu de correctione kalendarij

Quintū verbū. De theologicis ꝓphetijs quibus aſtronomica iudi-
cia poſſunt cōuenienter aptari: aliqua expedit exempla particu-
lariter annotari. Nunc vero duo ſufficiat explicare: vnū de veteri
aliud de nouo teſtamento: primū de generalis diluuij ꝑſignatio-
ne: ſecundū de natiuitatis xp̄i figuratiōe. De primo igiť exemplo
aliquid tetigi in predicto tractatu de legibus ⁊ ſectis: vbi allega-
ui Guillerinū pariſieñ. libro de vniuerſo: qui tractās de cataractis celi de quib⁹
ſcribit moyſes loquēs de diluuio ⁊ ponit ꝙ per eas intellexit ꝓpheta ꝑtes illas
celi: que generatiue ſunt pluuiarū ⁊ inundationis aquarum: quales ſunt ſigna
aquatica: vt cancer ⁊ piſces. Siliter pliades ⁊ orion: De planetis ṽo mars ve-
nus ⁊ luna. Unde cōcludit ꝙ cataracte huiuſmodi tunc aperte intelligunť: cū
cauſe huiuſmodi ad iſtas operationes pluuiarū nutu creatoris laxate ſunt: ⁊
etiā confortate. Et ideo lʒ Noe illud diluuiū ꝑcognouerit ꝑ reuelationē ꝓphe-
ticā: tñ ꝓbabile videť ꝙ aliqua cōſtellatio aſtronomica illū effectū ꝑſignauerit
Ad quod etiā cōcurrere potuit ꝯiunctio magna: maior vel maxima que hmōi
diluuiū anteceſſit: vt infra patebit. Nec min⁹ apparet probabile ꝙ aliqua ꝯſtel-
latio illud diluuiū ꝑſignauerit: qꝫ ꝙ arcus celeſtis ſignū ſit: conſilē diluuiū nō
ampli⁹ eſſe venturū: ſicut in geñ. ſcribiť. Arcū meū ponā in nubib⁹: ⁊ erit ſignuʒ
federis inter me ⁊ terrā: cūqꝫ obduxero nubib⁹ celū: apparebit arcus meus in
nubib⁹ ⁊ recordabor federis mei quod pepigi vobiſcum: qđ nō erūt vltra aque
diluuij ad delendā vniuerſam carnē. vbi dicit mgr̄ hiſtoriarū ꝙ noe (q: maxīe
timebat: ne aque diluuij ſuper terrā iteꝝ inundarent) quottidie orabat ne hoc
faceret. Et vt Joſephus refert: pepegit fedus dn̄s: qđ vltra nō faceret diluuiū
Et in ſignū federis hui⁹ poſuit arcū ſuū in nubib⁹. Et eſt ſignū duoꝝ: iudicij ꝑ
aquā ꝑteriti ne timeať: ⁊ futuri per ignem vt expecteť. Inde eſt qđ duos hʒ ca-
lores: ceruleū qui aque⁹ eſt: ⁊ eſt exterior: q: ꝑterijt aqua. Et rubeū qui ē igne⁹
⁊ eſt interior: q: futur⁹ eſt ignis. Deinde ſubdit ⁊ tradūt ſci ꝙ. 40. annis añ iu-
diciū nō videbiť arcus: qđ etiā nālē oſtēdet deſiccationē aeris iā inceptā. Ex q̄
iterū pʒ ꝙ ſicut B nāle ſignū poterit ꝑſignare diluuiū ignis: ita celeſtis ꝯſtella-
tio potuit aque diluuiū ꝑſignare. Qđ aūt dictū ē de arcu federꝭ reſpectu exclu-
ſionis diluuij. Intelligēdū eſt de diluuio gnāli qđ notāt ṽba diuine ſcripture.
Nō erūt inqt aq̄ diluuij vltra ad delēdā vniuerſaʒ carnē. Nā poſtea pluries fa-
ctū ē diluuiū ꝑticlare: vt i thimeo platōis Et alibi legiť de q̄ Iſidor⁹. xiiij. ethi-
mo. in fine. Premiſſe ṽo ſcie theologice pōt ꝯuenienť applicari illa ꝯcluſio per-
ſpectiue: q̄ dicit yridē cathacliſmū excludē: ſʒ applicationē dimitto ne i primo
exēplo ꝓſequēdo: nimiū ꝓlixus exiſtā. De ſecūdo aūt exēplo aliq̄liť tetigi i ꝑal-
legato tractatu: ⁊ iteꝝ ſine temeraria aſſertione: ſʒ cū hūili reuerētia dico ꝙ bñ-
dicta xp̄i icarnatio ⁊ ntitas lʒ i multꝭ fuerat miraculoſa ⁊ ſupnālis: tamē etiaʒ
q̄ ad multa fuit opi deifico ꝯceptionis ⁊ ntitatꝭ nā tāqꝫ famula dn̄o ſuo ⁊ crea-
tori ſubſuiēs dīne oīpotētie coopari potuit: ⁊ i his ꝑ celi ⁊ aſtroꝝ ṽtutē ꝯcurrē

turū que vim nature: ⁊ naturalis rōnis inueſtigationē excedūt: ſicut prophetia ꝙ xp̄s naſciturus erat de virgine ꝙ futurus erat deus ⁊ homo: ꝙ iudicaturus erat viuos ⁊ mortuos: ⁊ ſic de ſimilibus. De alijs aūt que nō excedunt vim nature fortaſſis nō eſſet inutile theologiā cum aſtronomia concordare ſupnaturalē inſpirationē per naturalē inueſtigationē confirmando: prout aliqualiter tetigi in prememorato tractatu: ſed hec ſequentia latius declarabunt.

QUartum verbū. Reiectis erroribus p̄notatis: alijſq; collateralibus ⁊ connexis: poſtq̄ creuit eccleſia ⁊ fides catholica firmiter fundata eſt: vtile videt̄ theologos aſtrologiā ſtudioſiꝰ indagare ⁊ inter varias vtilitates vna eſſet theologicis prophetijs aſtronomica iudicia reſpectu quorūdam futuroꝝ euentuū coaptare. Cuius rei gratia tria euentuū futuroꝝ genera expedit diſtinguere. Nam quedam ſunt futura que habent cauſam determinatā ⁊ infallibilem vt ſunt aliqua que attendunt̄ circa motum celeſtium corporū in quibus eſt determinatio: ⁊ omnis impedimenti remotio: ſicut coniunctiones planetarum ⁊ ecclypſes ⁊ ſimilia. Et de his nō eſt theologica ꝓphetia: ſ; certa ⁊ euidēs aſtronomica ſcientia. Quedam vero ſunt que habent cauſam determinatā: ſed tamen fallibilem ſicut illa que ſunt ſm̄ inferiorē naturaz: que ideo habet cauſaz determinatā: q; intentio nature mouet determinate ad vnū. Et ideo fallibilē quia multiplex poteſt occurrere impedimentū: vt ſi ager ſit debite ſeminatus: ⁊ terra bona ⁊ bene diſpoſita ⁊ cōueniēs diſpoſitio celeſtiū corporuz affert bonum fructū. Et iſta poteſt aſtronomus aliquo modo ſcire: non tamen ita certitudinaliter ſicut predicta. Unde ſi de huiuſmodi futuris euentibus eſſent alique diuine prophetie: eis quodāmodo adaptari poſſent aſtronomicoꝝ iudiciorū coniecture. Sicut exemplū poteſt poni de prophetia ioſeph ſuper futura ſterilitate. Alia vero ſunt que habent cauſam indeterminatā ⁊ fallibilem: ſicut ſunt ea que procedūt libere ex volūtate humana: que in determinata eſt: quia eſt ad oppoſita: ⁊ eſt fallibilis: quia etiā ei volenti aliquid perficere: multa occurrere poſſunt impedimenta. Et ideo talia non poſſunt certitudinaliter ſciri aſtronomica ſeu alia ſcientia humana: ſed ſolum reuelatione diuina. Unde ſi de talibus ſint alique theologice ꝓphetie: non poſſunt eis aptari aſtronomica iudicia: aliqno modo certitudinaliter: ſed quodāmodo exili coniectura. Inquantū (vt dictū eſt) conſtellatio aliqualiter diſponit ⁊ inclinat humanam voluntatē: cui maxime obediunt homines brutales: qui malis inclinationibus non reſiſtunt per virtutes. Predictis aūt tribus generibus futuroꝝ euentuum que fiunt ſm̄ curſum nature: poteſt addi quartū genꝰ eoꝝ q̄ eueniūt miraculoſe a ſola virtute diuina: que licet habeant cām determinatā ⁊ infallibilē videlz diuinā volūtatē: tn̄ q; illa eſt nobis penitꝰ ignota: niſi ꝑ diuinā reuelationē. Jō ꝓphetijs q̄ ſūt de talibꝰ futuris: aſtronomicas cōſideratiōes adaptare eſt oīno vane ſupſtitiōis ⁊ ſupſtitioſe vanitatis: cū talia excedāt vim natare ⁊ nālis rōnis

VErbū ſecūdū. Verā aſtronomie ſciam: quidā falſi noīs aſtrologi ꝑ varios errores ei adiunctos diffamauerūt: ⁊ eaȝ in pⁱcipio naſcētis eccl'ie ſacris theologis ſuſpectā ⁊ quodāmodo odioſaȝ reddiderūt. Ideo nō mirandū ſi tūc in vtiliorib' occupati: huius ſcie terminos minꝰ amplecti voluerūt. Int̄ ꝑtactos errores tres pñt notari p̄cipui. Primꝰ eſt eoꝝ qui ex aſtr̄ oīa futura neceſſitate fatali euenire ſenſerūt. Secundus eſt eoꝝ q̄ aſtronomicis libris plures ſupſtitiones execrabiles artis magice miſcuerūt. Terciꝰ eoꝝ qui termīos aſtronomice ꝑtātis: reſpectu liberi arbitrij ⁊ quarundā rerū que ſolū ſubſunt diuine ac ſupernaturali ꝑtāti ſupbe ⁊ ſupſtitioſe exceſſerūt.

VErbū terciū. Prefati errores nō ſolū a ſacris theologis: ſed etiaȝ a veris aſtronomis fuerūt reprobati. Cōtra primū errorē Auguſtinꝰ .v. de ciui. dei deſcribēs. Fatū ſm̄ eſtimationē illoꝝ qui vocant fatū vim poſitionis ſiderū ⁊ cōſtellationū ſm̄ quā oīa in his inferioribus neceſſario eueniūt: ſic diffinit: ꝙ fatū nihil ſit. Et hoc ipſe ⁊ alij doctores theologi ſufficient̄ ꝓbauerūt. A quibꝰ nō diſcordat peritiſſimus aſtronomoꝝ Ptolomeꝰ: vbi ait ꝙ vir prudēs dñat̄ aſtris. Cōcordat igit̄ theologia ⁊ aſtronomia: ꝙ aſtroꝝ cōſtellatio varia in inferioribꝰ ad varios effectꝰ: ⁊ in hoībus ad varios mores diſponit ⁊ inclinat nō quidem diſpoſitione ſimpliciter neceſſaria ⁊ ſufficiente: ſed remota ⁊ contingēte: vnde illos mathematicos qui de neceſſitate hominū aliter fata intelligūt: rep̄hēdit Gregorius q̄ cū ipſi dicūt: ꝙ ſi quis ſub ſigno aquarij naſcit̄: piſcatoꝝ miniſteriū ſortietur Cū alicubi aliquē ſub hoc ſigno naſci contingeret: vbi piſcator omnimode nō eſſet. Cū etiā dicūt ꝙ qui ſub ſigno libre naſcunt̄ trapezite futuri ſunt. In multis locis ſub libra multi naſcūt̄ vbi trapezite penitꝰ ignorant̄. Hmōi ergo aſtronomoꝝ dicta intelligēda ſunt ſm̄ inclinationē ⁊ diſpoſitionē cōtingentē: non ſm̄ abſolutā neceſſitatē Contra ſm̄ errorē: multi periti aſtronomi a ſuis libris magicā: tāꝗ̄ artem execrabilē ⁊ abominabilē excluſerunt: ſicut ſe facturū Leupoldus in ſui operis exordio proteſtat̄. Et merito cū ſm̄ leges gentiliū ars magica damnata ſit: vt .viij. de ciui. dei dicit Augꝰ. Unde Albertus magnꝰ ꝓutilē etiā tractatū edidit: in quo vere aſtronomie ⁊ artis magice libros per eorū pricipia ⁊ fines diſtinxit: vt aſtronomicā veritatē ⁊ magicā vanitatē abinuiceȝ ſequeſtraret. Contra tercium errorē tractatulū compoſui: quem de legibus ⁊ ſectis intitulaui. Contra ſupſtitioſos aſtronomos qui legibus legem diuinā ſub eſſe contendūt: cui pro complemēto hoc opuſculū ſuperaddo. ¶ Ad hunc aūt errorem plurimi accedere vident̄: qui generaliter dictamina prophetarū diuinarū que ad ſuperiorē theologiā pertinēt: aſtronomica inquiſitione validare. magnarū coniunctionū ſignificationes: aut alia queuis indicia aſtronomica eis applicādo conant̄. Cum huiuſmōi diuine prophetie plurimū ſint de his fu

Decimumnonū. Preſuppoſita cōi tam theologoꝝ ꝙ̄ aſtronomoꝝ opinione ꝙ mūdus creatus eſt in equoxio vernali ſole exiſtēte ſub ariete: ex hoc cōſequent̄ primā alioꝝ planetaꝝ diſpoſitionē quā vocāt figuram ſeu faciē celi poſſumus deſcribere.

Uiceſimū. Suppoſita ꝑmiſſa figura celi ꝑ eā a priori poſſum⁹ primā ꝯiūctionē maximā cōſignare: ⁊ a poſteriori ꝑ tabulas aſtronomicas vnā aliā cōiūctionē ſimilē inuenire: ⁊ ex eis ꝑ aliarū hmōi cōiūctionū calculationē: legittimā verū numerū annoꝝ ſecluſa opinionū variarū diſſonātia certitudinalit̄ ꝯcludere.

De cōcordia theologie ⁊ aſtronomie aliquid ſcribere ab amico i vtraqꝫ perito trāſmiſſe mihi lr̄e occaſionalit̄ induxerūt. In qb⁹ primo ſe nō prorſus ꝯtentū eſſe dicebat ſcie maioris dignitate notatos ⁊ theologos appellatos aſtronomie quā naturalē theologiā vocat termios nō pleni⁹ amplecti i quo labor vtilis videret̄ ſi ſupior theologia ꝑ futuris ingrēdis ꝓſtitueret̄: ⁊ naturalis de inferiorib⁹ cōpetent̄ igſtitioꝫ validaret aſtronomie iudicijs accedētib⁹ ad dictamina ꝓphetarū magnarū cōiūctionū ſignificationes ꝓphetiarū tenorib⁹ applicādo. Deinde ſe aſſerebat admirari nos fideles ex hebreoꝝ ⁊ ſeptuaginta interpretū ſentētijs apparent̄ diſſonantib⁹ tot in lege noua ꝯtrarietates indeterminatas religſſe vbi inter alia occurrit materia q̄ ab adam vſqꝫ ad xp̄m annoꝝ millenaria hiſtoriographi varie deſcripſerunt vt preter methodiū quē de magnitudine numeri excuſant aliq. 5228. poſuiſſe videant̄ Euſebi⁹ ceſariēſis. 6000. Beda vero numero minori. 5200. min⁹ vno. Que diuerſitas vtiqꝫ in cronicis nō ꝯtigiſſet ſi legū ⁊ cronicarū ſcriptores magnarū tp̄a cōiūctionū in ſignificādis ſcriptis ſuis veridice ſuppoſuiſſent: horū igitur occaſione dubiorum aliqua verba breuia explicabo.

Uerbū primū: q2 ꝑm ph̄m omne verū omni vero conſonat neceſſe eſt verā aſtronomie ſciam ſacre theologie concordare. Quippe cū etiā eidem tāqꝫ dn̄e ancilla debeat pre ceteris ſciētijs ſubſeruire. Cui⁹ rō eſt: q2 teſte ap̄lo. Inuiſibilia dei a creatura mūdi ꝑ ea que facta ſunt intellecta cōſpiciunt̄ ſempiterna quoqꝫ ei⁹ virtus ⁊ diuinitas. Sed inter oēs creaturas viſibiles celeſtia corpora de quibus aſtronomia cōſiderat ſua multitudine ac magnitudine ſuorūqꝫ motuū ⁊ influentiarū mira varietate variaqꝫ virtute i dei cognitionē ⁊ admirationē maxime nos inducūt; ꝓpter qđ merito ait pſalmiſta. Celi enarrāt gloriā dei ⁊ opa manuū ei⁹ annūciat firmamētū. Et iō aſtronomia nō icōuenient̄ naturalis theologia noiat̄ q2 ſicut ſuperior theologia ad dei cognitionē ꝑ ſupnaturalē fidē inducit: ſic iſta tāqꝫ inferior ancilla eidē ſubſeruiēs ad diuine cognitionis introductionē ꝑ naturalē rōnem manuducit.

Uigintiloquiū de ꝯcordia aſtronomice veritatis cum theologia: dñi Petri de Aliaco cardinalis cameraceñ. viginti continēs verba feliciter incipit.

PRimū ſm philoſophū omne verū omni vero cōſonat: neceſſe eſt verā aſtronomie ſciam ſacre theologie cōcordare.

Secundū. Verā aſtronomie ſciam quidā falſi nominis aſtrologi p̱ varios errores ei adiūctos diffamauerūt ⁊ eā i p̄ncipio naſcē tis eccl'ie ſacr' theolog' ſuſpectā ⁊ quodāmō odioſā reddiderūt

Terciū. Prefati errores nō ſolū a ſacris theologis ſed etiā a veris aſtronomis ſunt reprobati.

Quartū. Reiectis errorib⁹ p̄notatis aliiſqꝫ collateralib⁹ ⁊ cōnexis poſtq̄ꝫ creuit eccl'ia ⁊ fides catholica firmit' fundata eſt: vtile videt' theologos aſtrologiam ſtudioſi⁹ indagare ⁊ int' varias vtilitates vna eſſet theologicis prophetiis aſtronomica iudicia reſpectu quorūdā futuroꝝ aduentuū coaptare.

Quintū. De theologicis prophetiis quib⁹ aſtronomica iudicia poſſunt conuenienter aptari aliqua expedit exempla particulariter annotari.

Sextū. De annis ab origine mūdi nobis volētibus ꝑtractare diſtinctionē de varia anni acceptione expedit premittere.

Septimū. Premiſſaꝫ anni varietatē variaqꝫ diſtinctionē ad vniformē ⁊ cōpletā āni ſolar' q̄ntitatē reducē: ⁊ i h̄ theologicā veritatē ⁊ aſtronomicā ꝯcordare

Octauū. Ex p̄miſſa anni varietate variaqꝫ acceptione nō procedit apparēs diſſonātia ſeu cōtrarietas in hebreoꝝ ⁊ ſeptuaginta interp̄tuꝫ ſentētiis ſeu i xp̄ianoꝝ hiſtoriographoꝝ cronicis ſup̱ cōputatione annoꝝ a mūdi origine.

Nonū. Ad explicandū diſſonantiā opinionū variarū in cōputatione annorꝫ a mundi origine diſtinctionē etatū mundi cōuenit p̄notare.

Decimū. Diſſonātiā opinionū de annis mūdi vſqꝫ ad xp̄m expedit recitare.

Undecimū. De annis mūdi vtile eſt cōputationē hebraicā annotare.

Duodecimū. Ad annoꝝ mūdi computationē expedit aſtronomicā conſiderationem adaptare.

Terciūdecimū. Ad annoꝝ mundi cōputationē volētib⁹ magnarū tempora cōiunctionū adaptare: opus eſt cōiunctionū drām p̄cognoſcere.

Quartūdecimū. Magnarū cōiunctionū ſignificationes hic cōueniens eſt breuiter explicare.

Quintūdecimū magnaꝝ cōiūctionū que fuerāt a diluuii t̄pe numerū poſſum⁹ veraciter a poſteriori calculare.

Sextumdecimū. Per predictā coniunctionū maioꝝ calculationē a poſteriori nō poſſum⁹ annos ab origine mundi certitudinaliter verificare nec circa hanc opinionum diſſonantiā cōcordare.

Decimūſeptimū. Multū videt' difficile magnarū cōiūctionū calculationem a priori ad annos mūdi certitudinaliter applicare.

Decimū octauū. Occaſione difficultatis p̄miſſe vtile videt' de creatiōe lumiarū ⁊ eoꝝ primeua diſpoſitione ⁊ opinionē theologoꝝ ⁊ aſtronomoꝝ diſcutere.

Theologus. Aſtronomus.



13/638
54 Bl.

# Cõcordãtia aſtronomie cũ theologia. Cõcordãtia aſtronomie cũ hyſtorica narratione. Et elucidariũ duoꝝ precedentium: dñi Petri de Aliaco cardinalis Cameracenſis.

BURG INSTI